

(14)

De
APOSTASIA
ROMANOPAPISTI-
CÆ ECCLESIAE
DISPUTATIO I.

*Pro loco in Facultate Theologica consequendo
ad diem 2. Octobris habenda.*

Ab
Heinrico Höpffnero SS. Th.
D. & Professore publico.

Cui idem Thema in actu Doctorali An. 17. 6. Nov. propositum.

RESPONDENTE

*M. Thoma Weinrichio Hirschberga-Silesio,
SS. Theolog. Baccal. & ad D. Nicolai
Diacono.*

LIPSIÆ, T 162 (14)

Impensis hæredum THOMÆ SCHURER.

Excudebat LAURENTIUS COBER.

ANNO 1618.

APPOSITA

ROMANORUM

CA. ECCLESIA

DISPUTATIO I

Pro loco in Facultate Theologica conferendo
ad hunc. Quidam habenda.

Henrico Hopffmeyer SS. Th.

D. & P. Professor publico.

Cuiusdem in eadem Facultate SS. Th. Professoris

RESPONDENS

M. Thoma Winklerio Professore SS. Th.
SS. Theolog. Baccal. SS. Th. Auctori

LIPSIÆ

Impensis Librarium Thomae Schreyer

Excusavit J. A. R. in Korb.

Anno 1618.





Συὸ Θεῶ.

Problema:

An Romano-Papistica Ecclesia sit Apostasiæ, & quidem insignis, rea?



N arenam olim vocatus ab Antagonistis de veritate Ecclesie sue Augustinus unico scriptura sacra, hoc est, potentia Dei 1. Corint. 1, 18. umbone se defendendum putavit:

Inter nos, inquit, & Donatistas quaestio est, ubinam sit Ecclesia? Quid ergo facturi sumus; in verbis Donati eam quaesituri, an in verbis capitis sui Domini Jesu Christi? puto quod in illius verbis eam quaerere debeamus, qui veritas est, & optimè novit corpus suum: novit enim qui sint ejus. Quod si ad hodiernum Christianæ rei statum oculos flectimus, idem nobis certamen à Papistis intendi, experimur, ut suam Ecclesiam sine labe & sine macula, ac ruga, & quidem solam sanctam atq; Catholicam esse propugnent, nostram au-

A 2

tem

Lib. de unit.
Eccl. c. 2.

Dist. 21. ca.
quamvis
univ.



August. d. l.
c. 3.

I. 4. de Ec-
cles. c. 2.

”

”

”

”

”

Thef. I.

tem extrema apostasia insimulent. Quin ergò & pari modo lineam adversus istos poscamus *Canonicarum scripturarum*, atq; ibi quæramus Ecclesiam, ibi causam nostram discutiamus. Ecce ubi novimus Christum, ubi novimus Ecclesiam! *Neg; enim scriptura indicat tantum notas Ecclesie constitutæ, ut Bellarminus opinatur, sed & easdem, quas prodit, notas facit causas ac principia constituenda & conservanda Ecclesie.* Proindè ex illa apparebit, quousq; Romana Ecclesia sit vera Ecclesia: Quousque item & quam rectè ab illa nos separaverimus: annon ipsa potius à sinceritate fidei & cultûs divini, à caritate reliquis Ecclesiis debita, ac politia Christi enormiter defecerit.

Prius autem operæ precium est principia libare, ex parte tum subjecti, tum prædicati.

Subiecti:

Th. II.

Romano-Papistica Ecclesia spectatur tribus modis: vel ut est Ecclesia quædam; vel ut Romana: vel deniq; ut Papistica.

Th. III.

Ut est Ecclesia quædam, cum Ecclesia Catholica idem nomen, eandemq; naturam habet, tanquam pars homogenea.

Catholica.

Catholica Ecclesia dicitur à materia, id est, omnibus, qui in familiam Dei adsciti sunt. Est q̄ una numero, ac totum quoddam integrale, & quidem homogeneum, constans ex multis particularibus cœtibus, secundum locum quidem disitis, sed tamen similaribus, sive sint magnæ, sive exiguæ, ita ut etiam unica Christianorum domus faciat Ecclesiam partialem, Rom. 16. 5. Quemadmodum enim omnia maria, meridionale, Aquilonare, & reliqui sinus, retinent nomen maris & naturam: & omnia illa maria conjuncta non faciunt, nisi unum magnum mare: aut sicut plures partes lapidis sunt lapis, & collectæ in unum, nihil aliud faciunt, nisi unum magnum lapidem: sic & particulares Ecclesie per totum orbem, vel una atate, ut Apostolorum tempore, Psal. 19, 5. Rom. 10, 18. Col. 1, 23. Matth. 28, 19. Mar. 16, 15. vel successive diffusa, nomen Ecclesie habent, & notatam nomine illo rem ac essentiam & definitionem: à quibus singulis Ecclesia Catholica solâ tantum amplitudine seu universalitate differt, quatenus est integra congregatio innumerabilium hominum, in locis diversis, verbi divini, & sacramentorum communicatione, ad aeternam salutem directorum.

Ut autem est hæc particularis Ecclesia seu Romana, significat cœtum per verbum
A 3 Dei,

Th. IV.

Dei & Sacramenta collectum, tūm in urbe
Roma, tūm secundariò etiam in Diœcesi
Romana, h. e. intra Latium utrumq; , Tus-
cum & Picenum, præfecturâ Ecclesiasticâ, &
reliquarum postea illi superadditarum di-
strictu.

Can. 6. Nic.
Conc.

Ruffin. 1. 1.
Hist. Eccl. c.
6.

Th. V.

Diœcesis Romana Ecclesia olim habebat certos terminos, ex consuetudine Ecclesiastica à Concilio Niceno confirmatos, qui se ultra centesimum ab urbe miliarium non ex porrigebant, nempe juxta typum secularis diœceseos ab urbico præfecto administrata. Hinc quemadmodum regiones Præfecto urbis subditæ dicebantur Suburbicariæ & Urbicariæ; ita Ecclesias in iisdem regionibus Romani Episcopi inspectioni commendatas, Ruffinus canonem illum Nicenum referens, Suburbicariæ appellat. Hi tamen Romana diœceseos limites multò latius fuerunt protracti annis sequentibus, & penè per totam Europam extensi. Sed & hæc illius latifundia ceteriore seculo, ad aliquam vicissim contractiorem periodum redacta sunt.

Ut deniq; Papistica est, habet aliquid essentiaæ suæ accessorium, nempe doctrinam, cultum & hierarchiam Papalem.

Papatus

*Papatus Ecclesiae essentiam nec constituit, nec
immediatè consequitur, sed est accidens commune: id-
eò nec omnibus membris Ecclesiae, utpote ex pluribus
aggregata, necessariò inest, & quibus inest, ab iis actu
separari potest: Quemadmodum gangrena non est
corpus, sed malum, corpori accidens, ac sanitati illius
noxium, & si vel maximè complura, non tamen o-
mnia statim membra depascitur.*

Prædicati ex parte operosior
est præcognitio:

Postulatum.

I. Ecclesia particularis potest à vera re- Th. VI.
ligione deficere.

Liquet hoc:

1. Ex prædictionibus deceptionis & *ἀποστασίας* fu-
turæ, *Matth. 24, 24. Luc. 18, 8. 2. Thess. 2, 3. 1. Tim. 4, 1. 2. Petr.*
2, 1. Apoc. 12, 6. 13, 8. 17, 2.

2. Exhortationibus ad Pseudopropheticam & infi-
delitatem singulis cavendam, *Matth. 7, 15, & 24, 23. Act.*
20, 28. 2. Cor. 11, 2.

3. Ab eventu defectionis Ecclesiarum.

Vel omnimoda: ut videre est in Ecclesiis pluribus, ipso-

Tempo

rum Apostolorum opera fundatis, à quibus Christus planè abstulit regnum suum.

Vel quoad externi ministerii puritatem.

Hujusmodi Apostasia exempla sunt in Ecclesia non tantum Israelitica, sub Jeroboamo & successoribus omnibus, 1. Reg. 12, 28. 14, 16. 1. Reg. 15, 26. maxime Achabo 1. Reg. 16, 31. ad tedium usq; Dei, 2. Reg. 10, 32 sed etiam Judaica, 2. Reg. 17, 19. sub Joramo, 2. Chron. 21, 13. aliisq; & in primis Manasse seducente Judam, ut facerent malum supra omnes gentes, 2. Reg. 21, 3. 2. Chr. 33, 2. & 9. Plura id genus exempla ex sacris vide apud August. 16. de civit. Dei c. 12. & in Plal. 128.

Eadem errandi possibilitas de Ecclesiis Novi Testamenti necessaria inductione colligitur, propter essentialem identitatem promissionum fidei & salutis, & ad unam Ecclesiam Catholicam pertinentium partium similarium analogiam. Sed & experientia suffragio testatissimum facit Eusebius, ex Egesippo referens, ab Apostolorum è vivis excessu, Ecclesiam non diu mansisse virginem, sed mirum in modum corruptam fuisse, doctrinam falsam & commentitiam, nudo, ut ajunt, capite, sincero veritatis sermoni, se ex adverso opponere ausam.

Sola Ariana haeresi omnes penè toto orbe Ecclesiae, sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluebantur, teste

Hieronymo.

Euf. l. j. hist.
c. 32.

Cent. Mag.
c. de incli-
natione de-
struz.

*Hieronymo. Etiam dico? Ingemuit orbis terrarum, & se-
tām cito Arianum esse factum, miratus est.*

*Neq; tamen in hac Ecclesie particularis, quoad
ministerium publicum defectione, Ecclesia Catholica,
cujus, ut totius, praefectio non potest esse tota in ulla,
ejus parte, statim desit: quia nunquam futurum est
tempus, quo omnes electi in fundamento Religionis si-
mul errent: nam conservantur in coetu vocato-
rum visibili, velut grana in acervo palarum,
& partim fortiter exulant, ut Martyres, partim toto orbe la-
titant. Horum ergo coetus manet Sponsa & regnum
Christi, atq; est Ecclesia Catholica, quam credimus,
portis Inferorum inexpugnabilis, Matth. 16.*

II. Neq; Romana est ab hoc defectionis
periculo immunis.

1. Quia eandem habet cum reliquis particulari-
bus Ecclesiis naturam.

2. Propter specialem exhortationem, ne praebet
erroribus locum. Rom. 11, 20. & c. 16, 17. Tūm propter que-
relas Hieronymi, & aliorum, de misero statu Romanae
Ecclesiae jam tūm suo tempore.

Divisionum & De- finitionum.

B

Apostasia

Hier. in Ch. 23
ad ann 364.
Idem in Di-
alogo con-
tra Luciferi.
anos.

Augu. c. 48.

Hieronym.
ad Marcell.

Th. VII.

Apostasia Ecclesiae alia fidei, quae creditur: alia obedientiae respectu sic dicitur.

Prior ex Ecclesia vel facit coetum, qui planè non est Ecclesia, vel haereticum reddit: propter posteriorem autem impia dicitur Ecclesia.

Th. IIX.

Apostasia à fide fit agnitæ veritatis divinæ ad salutem necessariæ abnegatione, vel corruptione.

Dux ergò sunt conditiones hujus Apostasiae, quarum 1. sumitur ab Objecto, quod sunt dogmata, quorum notitia & assensus Historicus ad fidem in Christo salvificam requiritur, vel immediate, vel mediate, ut mox pluribus dicemus. 2. Conditio est præcedanea agnitio & receptio fidei, conjuncta cum demonstratione lucis seu convictione, 2. Petr. 2, 21 2. Petr. 3, 18. Unde Apostata esse non possunt, nisi qui fuerunt στρατοί, & steterunt in acie castris q̄ Christi, & qui istam stationem vel omnino deserunt, vel non ea, qua par est, fidelitatis religione servant: non secus ac transfuga à castris, & ab imperio principum milites dicuntur Apostata, unde Varinus & Suidas ἀποστασία generatim exponunt ἐκ διασκήσεως & ἀποχώρησις, à loco statò discelsionem. Atq; hoc modo differt ἀποστασία ab infidelitate paganorum, profectà ab ignorantia fidei κατ' ἀποφασιν,

L. Defertores ff. de re milit.

ob

ob fidem, majorum ingratitude penitus amissam,
Vide August. lib. 4. contra Donatistas c. 6.

Apostasia fidem abnegans est, quâ no-
minis & fidei Christianæ professione repu-
diata, ad paganismum transitur.

Hujus Apostasia Tragicum exemplum est in Asia,
Ægypti, Africa, & nonnullis etiam Europæ Ecclesiis, quæ
ad Muhamedis infidelitatem sunt delapsæ, admissis Alcora-
no, cujus lex & confessio Deitatem Christi vocat stul-
tiloquium, Azo. 53. & quicumq; hoc fatentur, dignos-
censet, ut à corvis devorentur, à ventis dissipentur,
Azo. 32. & in ignem infernalem præcipitentur, Azo.
24. 31. & Symbolum: Non est Deus, nisi unus, & Muhā-
med Apostolus ejus. Hunc Apostatarum numerum po-
stea auxerunt plurimi Christianorum liberi, quos Tur-
cæ à Tartaris raptos circumcidebant, & fidem Christi-
anam abnegare, ac Muhammeticam religionem sequi
cogebant. Quæ causa fuit, ut quemadmodum ex Turcis
& Sarracenis propter vitæ periculum religionem Mu-
hamedis amplexi dicebantur, Mululmanni, id est, servan-
ti à periculo: ita hi Arabica dialecto Mamuluchi dicti
sint, id est, acquisiti, eò quòd non nati, sed facti ex
Christianis essent Mahumedistæ. Unde postea hujus vocis
notio ad omnes à fide Christi deficientes accommodata

B 2 est,

Th. IX.

Vide Tom.
2. Vireb.
Luth. refu-
tationem
Alcorani c.
9.



est, ut vocentur Mammeluchi : & hinc Germanicè
Wammelucken.

Th. X.

Apostasia fidem corrumpens rursus vel
est totalis, vel partialis.

De corruptione fidei ἀποστασία vox usurpatur Act.
21. v. 21. cuius ibi Paulus falsò insimulatur, itemq; 2. The.
2, 4. & 1. Tim. 4, 1. verbum ipsum habetur. 2. Πολυώνυμα
passim occurrunt: naufragium fidei facere, 1. Tim. 1, 19.
errore abductum excidere à propria stabilitate, &
quod tam de seductis, quàm de seducentibus dicitur,
procedere in pejus, 2. Tim. 3, 13. 3. Per opposita decla-
ratur, quæ sunt: Perstare & tenere traditam doctri-
nam, 2. Thessal. 2, 15. permanere 1. Tim. 3, 14.

Th. XI.

Totalis est, quâ initiatorii Sacramenti
atq; aliorum articulorum fundamentali-
um essentia destruitur, non nisi nomine
Christianismi retento.

2. Petr. 2, 1. Inter vos erant doctores falsi &c. et-
iam Dominum, qui ipsos mercatus est, abnegantes. Hu-
jusmodi Apostatica Ecclesia οὐκ ὀνομαστικὴ tantum sunt Ec-
clesia, propter exterminium fidei & falsa Sacramentorum con-
nubia, ut Optatus loquitur 4. de Marcione, Valentino, Praxea,
& Sabellio, qui Christum non in carne, sed tantum in
phantasmate venisse blasphemabant, & prætereà eo-
rum

Optatus l. 4.

Can. Apo. 41

rum alii baptisabant in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, alii Irenæo teste, in nomine patris omnium, in veritate matris omnium, & in nomine descendentiæ Jesu, ad unitiõnem, & redemptiõnem, & communionem virtutum. Proinde rectissimè hos Tertullianus fucis & vespis comparavit, quæ æquivocè tantùm & externa specie sunt apes. Marcionitæ Ecclesias struunt sicut vespa favos. Pertinent huc & assecla Pauli Samosatani, qui non tantùm præ fractè divinitatem Christi negabant, sed & Baptismi verba essentialia non retinebant. Quamobrem & Synodus Nicæna i. decrevit, ut ad Ecclesiam de Paulianistis & Caraphrygibus confugientes, non quidem iterùm, quia nondum verè fuerant baptizati, sed rectè baptizarentur.

Partialis est, quâ salva manente initiato-
rii Sacramenti essentia, puritas fidei, & neces-
sariorum ejus consecratorum violatur.

Hoc fit vel addendo ad dogmata fidei,
vel detrahendo, vel deniq; rectum fidei sen-
sum invertendo.

Ceterùm ut fides, quæ creditur: ita & $\delta\omega\sigma\alpha\delta\omicron\iota\alpha$ fi-
dei dicitur $\alpha\phi' \epsilon\upsilon\sigma\ \pi\epsilon\delta\omicron\varsigma \epsilon\upsilon$. Nam primariò fides & funda-
mentum fidei dicitur de dogmatibus, quorum notitiã,
& assensus historicus simpliciter est ad fidem salvifi-

B 3

cam.

Iren. l. 2. c. 18.

Adversus
Marcion. l.

Conc. Nicæ.
l. c. 19.

Th. XII.

cam & salutem necessarius; uti de Trinitate, de persona & officio Christi, de Sacramentis. Secundario autem fides dicitur de $\pi\omicron\sigma\iota\mu\alpha\sigma\iota$, quæ ad propositionem, aliquam directè fundamentalem necessario consequuntur. Unde alii articuli fidei directè atq; immediatè: alii indirectè, mediatè & reductivè dicuntur fundamentales. Ab utroq; autem genere articulorum, fidei distincta sunt extrafundamentales conclusiones Theologicae, quæ nec per se, nec per necessariam consequentiam pertinent ad salutem, sed per accidens tantum reduci possunt. Tales sunt:

I. Historicae assertiones, exceptis iis, quæ salutem nostram continent, omnes, quæ, ut Thomas loquitur, proponuntur à scriptura credendæ, non quasi principaliter intentæ, sed ad prædictorum manifestationem, h. e. Non nisi aliqua explanationis, probationis, amplificationis relatione. Quam Thomæ sententiam confirmat Melchior Canus, & ipse Bellarminus inquit: Quæ ex se (neq; primo, nec secundo, aut quarto modo per se) non pertinent ad fidem, id est: quæ non ideò scripta sunt, quia necessario credenda erant: sed necessario creduntur, quia scripta sunt, ut patet ex omnibus historiis Evangelii & Actuum Apostolorum de salutationibus Pauli, aliisq; id genus rebus. Diluta itaq; est Disputatio Tanneri, articulos fidei vocantis historicas propositiones, v. g. de incestu Judæ cum Thamar, imò & de cane Thobia unà adducto, & caudam suam movente. Quasi verò omne, quod propter

Thomas secunda secunda quaestio 1.

Lib. 11 L. C. quest. 32. art. 4. Bell. lib. 4. de verb. Dei non scripto 6. 12.

Colloq. Ratisb. Sch. 21.

pter infallibilem scripturae veritatem creditu necessarium est,
statim etiam ad salutem sit necessarium.

2. Sententiae quaedam de adiaphoris, quae ne creditu
quidem sunt necessaria, quia libera: quoad genus autem, nempe
τάξις καὶ εὐχρηστώων, item pacem Ecclesiae, reducuntur ad cari-
tatem & Ecclesiasticae Reip. regimen. Huc pertinent quæstio-
nes de feriis, de die Paschatis, de signo Crucis in aëre facti: de
imaginib. non ad occultum praestantibus: de Organis Musicis, &c.

3. Sunt quæstiones, ut sic cum Philosopho dicam, Logi-
cæ, quarum neq. negatio in sacris, neq. affirmatio extat, quæq.
in utramq. partem disputari queunt: ut, An Angeli sint uno
die creati, &c.

Eundem ad modum & partialis à fide Apostasia non
uno modo dicitur.

Alia enim fidei primariò sic dictæ puritatem impu-
gnat, atq; hinc error contra fidem dicitur.

Talis erat Apostasia Arianorum, Nestorianorum, Eu-
tychianorum & Pelagianorum.

Alia Apostasia est dogmatum, ad directè fundamen-
tales articulos necessariam consequentiam habentium,
depravatio, sed ita, ut accedat pertinacia, ut discretè Augu-
stinus de civ. Dei lib. 18. c. 51.

Atq; ista pertinacia non est ex diuturnitate seu
quantitate temporis aestimanda, sed ex præsumptione
αὐτοκατακρίτω, evidentem veritatem negante: non se-
cus ac adulterium committitur, sive longo, sive brevi
tempore duret consensus. Gregor. de Valentia Tom. 3.

Quòd si autem absq; convictione illa sit, & consequen-
tia

Quot modis
dicatur par-
tialis à fide
Apostasia.

August. ep.
162.

ita necessaria cognitione, citra salutis jacturam talia
πορίσματα ignorari possunt, ut in simplicioribus evenit,
ita quidem, ut negatio scripturae sacrae repugnans sit
falsa, nondum tamen haeretica vel apostolica, quate-
nus non tantum articuli directe fundamentales, ex
quibus haec πορίσματα fluunt, adhuc habentur, sed et-
iam consequentia necessitas non est evidenter cognita,
atque ita negatio illa ex infirmitate, non autem animi
obfirmatione provenit. Augustini hoc iudicium est: Qui
sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertina-
ci animositate defendunt, praesertim quam non audacia praesum-
tionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus
acceperunt, quaerunt autem cauta solitudine veritatem, corri-
gi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter haereticos depu-
tandi. Hujusmodi errores de consecrariis fundamenta-
libus, sunt Patrum quorundam sententia, de purgatorio
igne; de precibus pro mortuis; de Eucharistia infantibus
danda; de Antichristo; de regimine Ecclesiae Mo-
narchico sub uno capite visibili, ut infra pluribus di-
cemus.

Ceterum ab utroque Apostasiae partialis gradu dif-
ferunt opiniones de questionibus praeter fundamen-
tum, siue erroneae illae sint, siue in utramque partem libe-
rae. Nam qui historicas assertiones salutem nostram
non quidem continent, sed tamen in sacris expressas
negat, errat, et quidem graviter, si obfirmato animo
facit;

facit: sed illa falsitas non est propriè hæretica, quia re-
pugnat veritati creditu quidem necessaria, non tamen
ad fidem pertinenti, nisi per accidens & remotà ad ge-
neralissimum principium negativum: (Nihil est
contra scripturam credendum) reductione.

De Adiaphoris verò rebus, modò sint Adiapho-
ræ, citra errorem in utramq; partem potest statui ab
Ecclesiis particularibus. Quòd si verò adiaphoris ne-
cessitas quædam affingatur, Christi merito, aut liber-
tati Christianæ detrahens, tunc tales opiniones aut e-
runt errores fundamentum impugnantes; aut schi-
sma, quando obfirmatio animi supervenit, introducent.
Sic circumcisio, antequam synagoga honestè sepelire-
tur, erat àdiáφopη: à Judaizantibus autem necessario
assumpta, dicitur intercipere fructum & efficaciam
meriti Christi, Gal. 5, 2. Si circumcidamini, Christus vobis nihil
proderit.

Deniq; de illis quæstionibus Theologicis, quæ
in scripturis non definitæ sunt, licet dubitare vel dissen-
tire, salva fidei & veritatis compage. Melius enim est,
ut inquit Augustinus, dubitare de occultis, quàm litigare de
incertis.

August. lib.
8 c. 5. de ge-
nes. ad liter.

**Cæterùm & Partialis Aposta-
fix affectiones quædam sunt no-
tandæ.**

C

I. Depravat



Th. XIII.

I. Depravat articulos fidei aliquos, vel etiam omnes, sed non omnino.

Depravatio hac religionis est à καίρω, qua ad interitum tendit, non tamen interitus est, quamdiu Sponsi, patienter Ecclesiam, licet repudio dignissimam, tolerantis bonitas impedit, ne sermo falsorum Doctorem, instar gangræna depascens, integram fidei doctrinam absumat. Quapropter preciosum à vili hic est separandum, ut juxta Dei vocem, Jerem. 15, 19. Augustinus fert sententiam: Harum & talium rerum consideratione non solum ante Cyprianum vel Agrippinum, sed etiam postea, saluberrimam consuetudinem tenuerunt, ut quicquid divinum atq; legitimum in aliqua hæresi vel schismate integrum reperirent, approbarent potius quam negarent: Quicquid autem alienum & erroris illius vel dissensionis proprium, veraciter arguerent & sanarent.

Sub fin. lib.
4. de Bap.

Th. XIV.

II. Ideoq; Ecclesiæ essentiam non tollit.

Vera Ecclesia falsa opponitur vel contradictorie, id est, non Ecclesiæ, seu ipsam essentiam Baptismi & religionis totius evertenti: vel privative, id est, non orthodoxæ Ecclesiæ, Johan. 18, 37. Qui ex veritate est, vocem meam audit. Posteriore significatu, Ecclesiam apostasiæ partialis ream, negamus esse veram, propter depravationem religionis, sed falsam, hoc est, vitiatam & impuram.

impuram dicimus. Prioris autem oppositionis respectu concedimus, talem Ecclesiam esse veram. Id probari potest:

1. Ab initiatorii Sacramenti, quod retinet, veritate. Hinc est, quod qui semel Sacramentum Baptismi acceperant, etiam ab Arianis aut Nestorianis, non fuerint à veteribus rebaptizati. Hæc mens Augustini: Non denuò circumciderem Samaritanum, si Judæus essem, & eo tempore suum errorem confessus, ad me veniret: Ita nec hæreticum rebaptizarem in Trinitatis nomine baptizatum.

August. epl.
203.

2. A communicatione verbi, factâ per publicam textuum Biblicorum lectionem, quæ etiam prædicatio quedam est, Act. 15, 21. & consuetum catechizandi exercitium.

III. Ideoq; remanent aliqui verè pii in tali Ecclesia, iiq; ut plurimum occulti; aliqui tamen, publicè etiam suam fidem confessi, errores detestantur.

Th. XV.

Tales sunt. 1. Infantes, qui per Sacramentum initiationis, etiam ab impuro ministerio, regenerantur: non secus atq; adultera nondum repudiata parit marito liberos: ita quamdiu Ecclesia impura matrimoniales tabulas, ut Augustinus nominat, id est, verbum cum ejus sigillis, Sacramentis, à Sponso Christo obtinet; tamdiu ipsi regenerat filios, ac filias, ut de

Lib. 4. de
Symbol. ad
Catech. c. 2

Israelitica Ecclesia, licet idololatria deditissima, Ezech. 23, 37. dicitur Ezech. 16, 20. Quod exemplum ad tales, de quibus loquimur, hereticas Ecclesias, etiam in Novo Testamento ritè accommodat Hieronymus lib. 1. in Ezech. cap. 16.

2. *Inter adultos sunt pii simplices, qui non intelligunt profunditates Satanae, Apocal. 2, 24. Et puriores habent aures docentium labiis. Ideò cum opinaretur Elias, se solum esse relictum sub Achabo, qui Deum Israelis coleret, Deus contra asserit: Reliqui MIHI septem millia, &c 1. Reg. 19, 18. Quamvis enim verbo errores à ministerio admisceantur, Deus tamen per semen illud immortale, quod est verbum, Et nunquam revertitur vacuum, Esa. 55, 10, & 11. operatur fructum in cordibus hominum, nempe conversionem, atq; ita sibi populum sanctum servat, Esa. 10, 21. Rom. 9, 27. Soph. 3, 12. perinde ut in agris crescunt semina, Et fructum proferunt multiplicem, quamvis Zizaniarum sit intermixta materia, hoc est quod Christus dicit, Phariseos Et Scribas, licet in religione corruptissimos, tamen, quatenus in cathedra Moysis sedent, esse audiendos, Matth. 23, 3. Et profelytos facere, Ibid. v. 15. id est, homines gentiles ad Deum convertere.*

3. *Sunt item alii, qui fundamento stipulas & ligna vel adstruunt vel superstruunt: sed dies, id est, tempus,*

tempus, cum Domino visum est, has stupeas opiniones illorum probat & exurit quasi per ignem, id est, per calamitates & tentationes, atq; illustratione Spiritus sancti, ut intelligant, illas non tantum non bono sibi fuisse, sed & damnum, id est, conscientia morsum & confusionem peperisse, ipsi autem conservato fundamento salvantur. 1. Cor. 3, 14.

4. Deniq; alii publicè abominationes detestantur, ut Elias tempore Achabi, Propheta sub Manasse, Johannes Baptista & Apostoli sub Christianismo, Athanasius sub Arianismo.

Qui verò ad errores, quos vel ex Catechesi dignoscere, Spiritus sancti gratiâ, poterant, verbo Dei admixtos convertuntur, & aures patientes præbent seductoribus, illi per corruptelas istas fiunt gehennæ filii, Matth. 23, 15. In corruptione enim doctrinæ utrumq; est faciendum, & audientiæ præbenda ministris, quatenus sedent in cathedra Moïsi, id est, verbum Dei vel legendo saltem prædicant, Act. 15, 21. & cavendum à doctrinæ fermento, quod sunt corruptelæ verbo additæ, Matth. 16, 12.

IV. Recipit gradus corruptionis, & quoad locorum, in quibus propagatur, quantitatem, vel regionalis, vel communis est. Th. XVI.

C 3

Quemadmodum

Quemadmodum enim morbus alius altero est per-
niciosior, & sæpè ita ingravescit, ut præsentissimam,
mortem intentet: sicut item morbus alius certam,
partem corporis, alius totum corpus occupat: ita Apo-
stasia partialis, una est magis fontica & generalior,
quàm altera, & facit Ecclesiam quoq; aliam impurio-
rem, aliam impurissimam: itemq; alia certas Ecclesias
particulares infestat, alia communis est, & ad plures,
vel omnes Ecclesias, vi nocendi maxima latissimè, non
tamen universaliter, se extendit.

T.XVII.

V. Apostasiæ partialis cùm finem facit
Ecclesia, purâ putâ ad sinceritatem religio-
nis conversione, & Ecclesiæ congeneris, in
defectione ista perseverantis, quoad pravi-
tatem fidei, communionem deserit, non fit
ἄλλη, alia, sed ἑτέρα, altera; non nova existit,
sed renovatur.

Nempe quia scoriam tantùm ab auro separat,
quod autem preciosum est, retinet, seu pestem Eccle-
siæ apostaticæ fugit, non Ecclesiam.

Th.IIX.

Tantum de Apostasia fidei, quæ creditur:
sequitur Apostasia obedientiæ, quæ est aver-
sio

fio à Deo fidem in Christum & sanctificati-
onem requirente.

Obedientia est vel fidei, quâ creditur, seu fidu-
cia, 2. Cor. 10, 5. Ro. 2, 5. Rom. 16, 26. Rom. 10, 16. vel Legis, sive ope-
rum. Proinde & apostasia obedientiæ vel est circa fi-
dem, quâ creditur, vel ratione operum spectatur.

De fiducia desertione est, Hebr. 3, 10. *Tales infi-
deles dicuntur se subducere, Hebr. 10, 38. Et quasi Deo fi-
dere minus tutum sit, ponere se ipsos in arcem, id est, suis
meritis confidere, licet ore unum Christi meritum con-
fiteantur.* Habac. 2, v. 4.

Apostasia novæ obedientiæ variis phrasibus no-
tatur: avertendi se à Jehova, Deut. 29, 18. à Justitia,
Ezech. 33, 18. rebellandi contra Jehovam, Ezech. 17, 15. de-
relinquendi Jehovam. 2. Chr. 25, 2.

Estque vel simplex, vel conjuncta cum
hæresi.

Th. XIX.

Simplex est, quando fiducia deseritur,
& vita ipsa à professione degenerat.

Th. XX.

Ezech. 33, 31, & 32. Audiunt quidem sermones tu-
os, sed minimè faciunt eos. *Hæc Apostasia Ecclesiam
non facit hæreticam & falsam, sed tantum impiam:
ideoque illi tamdiu non adimitur essentia veræ Ecclesie,
quamdiu*

quamdiu Sponsus cœlestis eam *νεοτιοφωγ* non repudiat
& perdit.

Th. XXI.

Conjuncta cum hæresi oritur immediatè ex dogmatibus falsis, verum cultum Dei, vel generalem dilectionem Ecclesiarum reliquarum, vel statum Ecclesiæ violantibus.

Sic ergò inobedientia ista, quâ à Deo deficitur, non spectatur in se, verùm quatenus præcedaneam habet falsitatem doctrine, cujus illa character est & symbolum. De tali Apostasia loquitur Esaias ca. 1, 4. Ah gens peccatrix: filii corruptores, dereliquerunt Jehovam, averterunt retrorsum; quamobrem augetis apostasian? Et Jerem. 2, 13. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt scaturiginem aquarum perennium, & foderunt sibi cisternas fractas, quæ non capiunt aquam.

T. XXII.

Cultûs divini sinceritas adulteratur, tum addendo ad Deum aliud quoddam colendum, tum novos ritus colendi ipsum introducendo, aut formam cultûs legitimam immutando.

*Sic Jehova simul in vitulis, Exod. 32, 4. 1. Reg. 12, 28.
imò*

imò Jehovab simul & Baal colebatur, 1. Reg. 16, 30. &
ceremoniis *ἠαρεοπαραδοτοῖς*, 1. Petr. 1, 18. *meritum affin-*
gebatur, & opinio cultus, Matth. 15, 9.

Caritas erga reliquas Ecclesias genera-
tim violatur, quando ex doctrinæ falsitate
oritur unius Ecclesiæ, non ab una vel altera
particulari Ecclesia, sed reliquis communi-
ter omnibus Ecclesiis divortium in superio-
ritatis ac potestatis in cæteras fastuosa vin-
dicatione positum.

T.XXIII.

*Differt hoc generale schisma à particulari, cum
ab una vel altera tantum Ecclesia fit scissio, eaq; ob
dissensionem aliquam, vel de personis, aut de ordine,
& disciplina, aut ob animi ex offensione perturbatio-*
nem.

Deniq; status Ecclesiæ mutatur, quan-
do ex principis depravatæ doctrinæ sequi-
tur potestatis ac libertatis Ecclesiasticæ im-
minutio, atq; inde oriunda aut tyrannis, aut
Oligarchia, aut vitiosa Democratia.

T.XXIV.

*Status seu ordo & regimen Ecclesiæ partim
cum monarchia convenientiam habet, ratione Christi;
partim Aristocratia est simile, ratione ministrorum.*

D

Ecclesiæ :

*Ecclesiae: partim denique Politia in specie sic dicta, seu
Democratia laudabili analogum, quoad totum corpus
Ecclesiae in suffragiis ad electionem Doctorum confe-
rendis, Act. 1, 26. in acceptandis legibus Ecclesiasticis
&c. Iste & ille status pervertitur, quando in regimi-
ne Ecclesiae caput quoddam visibile ministris prae-
ponitur, & Christo, tanquam absenti, vicarium adjun-
gitur: hic autem, cum toti corpori Ecclesiae jus, quod
habet in eligendis ministris adiiciendi suum ἐπιθετικῶν
μίσθῳ, & libertas in reliquis, opprimitur.*

*Tales Apostatas ultimis temporibus fore, praedicit
Paulus, 1. Tim. 4, 1, & 3. qui desciscentes à fide cum impe-
rio quodam interdicerent usu matrimonii & ciborum,
in q̄ aliis libertatem Christianam intervertent. Et 2.
Thess. 2. Antichristo tribuit sessionem v. 4. id est, ut Tho-
mas exponit, principatum in templo Dei, & quidem
ἀντιμὸν, v. 8. id est, ex legem, & regni Christi fundamen-
talibus statutis è diametro adversum.*

„ His ergò praestructis, jam ex ipsa natura Papatûs, Ro-
„ mano-Papisticam Ecclesiam impurissimam, & generalis
„ cujusdam atq; insignis Apostasiae ream esse, demonstrabi-
„ mus, ita ut ex Conciliis, Catechismis & Enchiridiis Papi-
„ sticis, tum maximè insignium Papatûs περὶ μάλιστα disputa-
„ tionibus, controversa puncta saltem praecipua
„ ὡς ἐν τύπῳ proponamus.

PRIMUM

PRIMUM ARGUMENTUM.
A corruptione totius fidei de
Christo, quò Christus est.

Eam demonstramus per omnes officii,
à quo Salvatori nostro Christi nomen indi-
tum est, partes & functiones.

T. XXV.

I. Prophetici muneris functionem con-
stituendæ religioni, & fundandæ Ecclesiæ
imparem faciunt, nisi additamentis suarum
traditionum confirmetur. Faciunt namq̃;

T. XXVI

I. Duplex verbum DEI: scriptum & non
scriptum, *id est, traditiones & Canones Ecclesiæ, si-*
ne quibus non sit perfecta scriptura sacra.

Bellar. de
P. R. l. 4. c.
1. & c. 4.
Conc. Trid.
Sess. 4.
Bellar. lib.
4. de verbo
Dei c. 4.

II. Dicunt, verbum scriptum, ut & non scriptum,
esse intelligendum & interpretandum ex mente &
sensu sanctæ matris Ecclesiæ, id est, Romanæ.

III. Sensus autem ille est, quem Romana Ec-
clesia versione Latina veteri & vulgata, Catechismis,
Confessionibus & Canonibus, ac Decretis præsentis
necessitati accommodatis explicat, *vel per Papam,*
qui est Pastor Ecclesiæ, vel per Concilia à Pontifice ap-
probata.

Bellar. l. 4.
de P. R. c. 2.
& 11.

D 2

IV. Laicis

Bellar. lib.
3. de verbo
script. c. 11.
Coster. En-
chirid p. 152.
Cofl. p. 54.
& 55.
Canil. Cath.
e. 3. f. 16.
Bellar 2. de
conc. c. 12.
Cofl. Ench.
p. 44.
Thesis
XXVII.

IV. Laicis itaq; obscuram esse scripturam.

V. Multò minùs judicare posse de controversiis
fidei.

VI. A sensu Ecclesiæ, id est, Pontificis judicio,
pendere auctoritatem scripturæ, ratione nostri.

AVΘEOY ORTHODOXA.

R. Traditiones in verbo Dei non scriptæ
sunt vel historicæ; vel rituales; vel dogma-
ticæ.

*Ille non sunt creditu necessaria, eo ipso, quòd non
sint divinitùs inspirata, multò autem minùs sunt arti-
culi fidei, sed tantùm pariunt notitiam historicam.
v. g. de autore libri Judicum, & Chronicorum, &c.
Istæ ab Ecclesiis particularibus liberè, salva modò
fidei & caritatis compage recipiuntur. Hæ deniq; vel
sunt falsa, vel vera. Si vera, non sunt diversa à ver-
bo scripto, sed ex eo deducta, non tamen ipsum verbum
Dei vultis sic dictum, quod solùm est immediatè inspi-
ratum à Deo: supra quod non debemus sapere, 1. Cor.
4. v. 6.*

II. Sensus scripturæ, quem Ecclesia à Spiritu San-
cto habet, vel erit ab ipso immediatè, vel mediatè.
Non immediatè: cùm quæ ad salutem necessaria
sunt, fuerunt & erunt usq; ad consummationem seculi,
omnia.

omnia Apostolis perfectè inspirata, Johan. 14, 26. c. 16, 13.
1. Cor. 2, 7, 9, 10, 12. Eph. 3, 8. ut essent idonei ministri, 2.
Cor. 6, 6. eademq; omnia ab illis fideliter prædicata, Act.
20, 27. Gal. 1, 7, 8, 9; eademq; omnia plenè ac perfectè scri-
pta sint, 1. Cor. 4, 6. Luc. 16, 29. 2. Tim. 3, 15. ut propterea
super fundamentum Apostolorum & Prophetarum di-
catur edificata esse Ecclesia universa, Eph. 20, 20. Ergò
mediatè. Hoc autem faciet Spiritus Sanctus, vel per
scripturam, vel extra aut præter scripturam, siue per
traditionem, siue per interpretationem Doctorum.
Non per traditionem Doctorum: quia nulla à sa-
cris literis diversa extat, quæ quidem sit à Spiritu San-
cto. Nec per interpretationem: quia illa variat, &
si vera est, deducitur ex scriptura ut principio & nor-
ma. Quare sensus Ecclesiæ, si verus est, & scripturæ
analogus, non est à sensu, quem voces & characteres
sacrarum literarum in certa contextûs coherentia
exprimunt, diversus; licet modus, quo inest, sit alius.
Nam voces, sacrarum literarum divinitus Apostolis
inspirata signotenus sensum illum continent, & de
Christo testificantur, Johan. 5, 39. Ecclesiæ autem, ut
subjecto, idem ille sensus verbi inest, mediante auditu
verbi illius, quod Apostolis immediatè, cum vocibus
verbum illud significantibus, inspiratum est.

III. Dicimus

Grego. epl
ad Leandrū.

III. Dicimus, sensus scripturæ cognitionem non esse soli Papæ aut Clericis vindicandam, & Laicis omninò denegandam. *Licet enim scriptura in aliquibus sit obscura, tamen quoad elementarem doctrinam cuiusvis, etiam simplici, Christiano est perspicua, ut dilucidè intelligere possit omnia ea, sine quorum cognitione salvari nequit, Psal. 119, 9. Psal. 119, 105. 2. Petr. 1, 20. Nempe scriptura, ut scitè olim Gregorius, est fluvius, in quo & Elephas natate, & agnus ambulare possit.*

IV. Hinc apparet, iudicium de controversiis esse duplex: unum absolutum & simpliciter infallibile: alterum delegatum, ministeriale, & non nisi hac conditione infallibile, quatenus ad scripturæ quadrat normam, Esa. 8, 20. Luc. 16, 29. Act. 26, 22. Rom. 12, 6. Gal. 1, 8. *Unde ipse actus iudicandi ὀργάνως tribuitur scripturæ, Johan. 12, 48. & capit. 3, 18. quatenus est scripta vox & immediata Spiritus Sancti supremi iudicis sententia, quam præcones & amanuenses ipsius, h. e. Prophetæ, Apostoli & Evangelistæ publicarunt, inq̄ tabulas retulerunt. Ideoq̄ solennis hic mos est sanctis Dei hominibus & scripturæ ipsi, ut indistinctè scripturæ sacre, Rom. 9, 17. Gal. 3, 8, & 22. pro Deo ipso in scripturis loquente, Exod. 9, 17. Rom. 11, 32. Genes. 12, 3. & Prophetæ pro scriptis illorum usurpentur. Act. 26, 27.*

V. Porro
Luc. 16, 29. 2. Pet. 1, 19. Luc. 24, 27.

V. Porro iudicium Ecclesiae vel est publicum & eorum, qui in ministerio sunt constituti: vel Privatum & reliquorum Christianorum, sed certo ordine. *Ut enim cognitionis, ita & iudicii de Religione, sunt gradus, juxta modum donorum, 1. Corinth. 12, 11. Quamvis enim reliqui Christiani, qui non ex professo sunt Theologi, ignorent controversiarum apices, nec de singulis judicare queant: tamen uti ex scriptura ea, quae ad salutem sunt necessaria, intelligunt: ita etiam pro mensura sibi sufficiente, ex perspicuis scripturae dictis judicare possunt errores, fundamentum praesertim fidei directe impugnantes. Id quod constat. 1. Ex mandato generali, quo omnes pii ad scripturam legendam remittuntur, Esa. 8, 20. Luc. 16, 29. Iohan. 5, 39. & imprimis Reges ac Principes Deut. 17, 18. 2. Ex consilio Scriptorum sacrorum, Luc. 1, 4. Act. 1, 1. Iohan. 20, 31. 1. Iohan. 2, 12. Rom. 1, 7. 1. Cor. 1, 2. Eph. 1, 1. &c. 3. Ex exemplis, Hiskiae, 2. Par. 31, 20. Josiae, 2. Par. 34, 40. Eunuchi reginae Candaces, Act. 8, 28. Berrhoensium, Act. 17, 11. Timothei adhuc pueri, 2. Tim. 3, 15. 4. Ex communi fine scripturae, Rom. 15, 4. 1. Cor. 10, 11. 2. Tim. 3, 15. 1. Theff. 5, 21. Psal. 1, 1. 2. Petr. 1, 19. Apoc. 1, 3. Minimè ergò à scripturarum lectione prohiberi debent reliqui Christiani.*

VI. Deniq; iudicium Ecclesiae hunc habet u-
lum,

sum, ut sensum, scripturæ verbis significatum, eruat
& indicet, deq; eo testificetur, tanquam in se *αυτοπί-
σω & θεοπνεύσω*: non autem, ut ullam ei dignitatem
Canonicam conciliet. *Licet enim testimonium Ec-
clesiæ in praxi ratione ordinis possit esse primum: ta-
men nec solitarium, nec primarium est, sed ipse Spiri-
tus Sanctus in scripturis loquens de seipso clarè testifi-
catur, & secundo loco accedunt argumenta insita, ab
antiquitate, perpetua conformitate, vaticiniorum e-
ventu, &c. quæ demum excipiunt testimonia huma-
na, maximè Ecclesiæ, de divina & Canonica scriptu-
ræ autoritate testificantis.*

Thesis
XXIIX.

II. Sacerdotalis officii partes violant.

*Nam I. Vicarium Sacerdotem faciunt missi-
ficem, qui licet homo peccator sit, gratiam tamen ac-
ceptionis conciliet expiatorio, quod vocant, sacrificio
incruento in Missa, atq; ita diversum à cruce Christi al-
tare erigunt.*

*II. Christum contendunt esse mediatorem no-
strum secundum humanam tantum naturam.*

*III. In satisfactionis societatem admittunt se-
cundarios,*

Bellar. l. 4.
de penit. c.

cundarios, ut vocant, Mediatores, quorum opera dicunt esse meritoria vite aeternae, & passionibus superfluentibus contineri satisfactiones nostras, imò quemlibet posse satisfactionem pro se litare, & Deum demereri quolibet bono opere.

IV. Hinc negant, Christi satisfactionem esse totalem atq; integram, quamvis mira vertigine acti. Nam alii tantum pro originali peccato Christum satisfecisse dicunt, ut Catharinus: alii etiam peccatorum actualium expiationem illi adscribunt, sed non in cruce factam, verum modo incruento in altari missatico quotidie adhuc peragendam, cum saepius iterentur talia peccata: alii deniq; pro omnibus peccatis, & peccatorum etiam poenis aeternis, satisfactoriam esse oblationem Christi concedunt, non autem pro poenis temporali- bus, quas in purgatorio etiam luant.

V. Intercessores quoq; secundarios Christo associant, qui & merito nobis suffragante, & affectu, quo vota nostra cupiunt impleri, interpellent.

AVΘΕΤΙΣ ΟΡΘΟΔΟΧΑ.

R. I. Unus est Sacerdos Novi Testamenti:

Tum quia nec nomen Sacerdotis ulli Ecclesiae ministro tribuitur proprie; tum quia res ipsa non competit, sive sacrificii expiatorii, quod non fit absq; sanguinis effusione, Heb. 9. 22. in objecto & actu ipse ipso unitatem, sive efficaciam infinitam, à persona perfe-

E

ctione

Bellar. 1.ª
de indulg.
c. 1.

Lib. 2. de in-
dulg. c. 2.

Cathar. 1. de
sacrit. in-
cruento.

Cost. Ench.
c. 24. p. 678

Lomb. l. 4.
sent. 45. G.

T. XXIX.

ctione singulari dependentem, spectemus. Nempe ille est Sacerdos Novi Testamenti, qui seipsum Hebr. 9, 14. per proprium sanguinem, Hebr. 9, 12. cap. 13, 2. semel in cruce. Hebr. 7, 27. c. 9, 12. Deo offert impollutum, immaculatum, & segregatum à peccatoribus, Hebr. 7, 26. Hebr. 9, 14. & divinâ virtute aeternam redemptionem invenit, Hebr. 9, 12. nec habet necessitatem quotidie offerendi, Hebr. 7, 27. semperq; vivit ad interpellandum pro nobis, c. 7, 25. Hinc & unica est oblatio expiatoria in Novo Testamento, Hebr. 10, 12, & 14. & Sacerdotium Christi dicitur ἀπαράβατον, Hebr. 7, 24.

II. Mediatio non est proprietas, aut ἐνέργεια, sed ἀποτέλεσμα, ad quod non humana tantum, sed & divina naturæ concurrens operatio, cum utriusque communicatione, juxta Chalcedon. Canonem. 2. Inde sanguis Filii Dei nos ab omni peccato emundare, 1. Johan. 1, 8 & Deus sanguine proprio sibi acquisivisse Ecclesiam, Act. 20, 28. dicitur. 3. Alioquin mediatio non foret ἰσορροπία & infinita offense, Hebr. 9, 14. 4. Non esset οἰκείωσις, domesticitas & cognatio, ac societas cum utraq; parte dissidentium reconcilianda.

Iron, lib. 3. c.
39.
Chrylost. 1.
Tim. 2.

III. Mediationis communionem omnem excludit Messia vox apud Prophetam Esaiam cap. 63, 3 SOLUS calcavi torcular, & non est vir (id est, nullus, quisquam) mecum: ipse dedit se ἀντίλυτρον, 1. Tim. 2, 6. ejus unius obedientia nos constituit justos, Rom. 5, 19. non ullum aliud nomen, Act. 4, 12. sive Francisci, typici, ut vocarunt, Christi, sive alterius.

IV. Neq; insufficiens est satisfactio hæc, sed propitiatio pro omni peccato, 1. Johan. 1, 7. & non unius, vel paucorum, sed totius mundi peccatis, 1. Johan. 2, 2. ac pænis omnibus, utpote.

utpote, pertinentibus ad maledictionem Legis, quam Christus, factus pro nobis execratio, in se transtulit, Gal. 3, 13. Et reatum culpa, quem pœna vindicant, omnem à piis abstulit: Hæc ergo perfectio meriti Christi tollit omnem luitionem pœna piorum etiam in hac vita, multò magis post mortem, ubi ne *αἰδέειαν* quidem & castigationem paternam, per immisionem calamitatum, locum habere, ostendit *αὐτὸς* illa oppositio salutis & damnationis, vitæ & mortis, solatii & tormentorum Luc. 16, v. 22, 23. ita ut pii ad vitam æternam per mortem, Johan. 5, v. 24. transferint, ἀπ' αἰῶνος, statim Apoc. 14, v. 13. Luc. 23, v. 43. Infideles autem post mortem maneat iudicium damnationis, Johan. 3, v. 18.

V. Denique ilios minorum gentium Intercessores & pararios accessionis ad Christum, planè ignorat scriptura; quæ UNUM novit MEDIATOREM Dei & hominum, 1. Timoth. 2, 5. & advocatum apud Patrem, si quis peccaverit, 1. Iohan. 2, 1 reliquos omnes Veritas ipsa excludit: NEMO venit ad Patrem, nisi PER ME, Iohan. 14, 1.

Neq; verò detestabiles hi errores vana distinctionis illius prætextu palliari possunt: merito Christi non opponi merita Sanctorum, ut tincta sunt sanguine Christi, & ab eo vim accipiunt promerendi æternam vitæ futuræ stipendium. Ideoq; hoc ipso illustriorem reddi satisfactionem Christi. R. 1. Opera sanctorum, etiam sanguine Christi tincta, sunt effectus & fructus, Rom. 6, v. 22. obedientiæ Christi, & justificationem & sanctificationem nostram promerita. 2. Et hoc habent à merito Christi, ut Deo placeant, Jam ve-

E 2 rō

Cost. ench.
c. 7 p. 287.
Catechif.
Rom. p. 242.

rò non placent, nisi prius per fidem justificata & placente persona, Hebr. 11. v. 6. Rom. 14. v. 23. Quare nec possunt esse causa sociæ in promerenda, nec medium socium in apprehendenda gratia & remissione peccatorum. Ut jam non dicamus, nullum hominis opus, etiam si in se perfectissimum esset, esse meritorum vitæ æternæ: quia nec indebitum esset, nec proportionem cum infinito vitæ æternæ bono promerendo haberet. 2. Gloria meriti Christi vel in se consideratur, & significat perfectionem ipsius, tum quoad vim promerendi infinitam, tum quoad ipsam obedientiam Legi Dei abundè satisficientem; tum quoad liberationem à maledicto Legis: vel spectatur quoad agnitionem & celebrationem istius perfecti meriti in piis, & gratiæ divinæ. Priore augeri non potest meriti Christi gloria, Roman. 11, 35. multò minùs per opera piorum; cum gratia non esset gratia, Roman. 11, 6. Posteriore modo augeri potest, sed non ratione Christi, qui bonorum nostrorum non eget, Psal. 16, 2. verùm ratione nostri, DEUM per bona opera, gratitudinis ergò, glorificantium coram hominibus, Matth. 5, 16. Quo de loco elegans est Origenis paraphrasis: Quomodo lumen lucernæ ad solis radios obscuratur, & velut alia cæca materia contenebescit: sic licet fulgeat justorum omnium.

Hom 8 in
Ezech.

omnium lumen ante homines, non fulget tamen ante Christum. Luceat quippe lumen vestrum, non simpliciter dictum est, sed luceat ante homines: ante Christum non potest fulgere lumen justorum. Siquidem ergò non fulget, quomodo Christi gloriam illustrabit?

III. In officio regio Christo adiungunt.

T. XXX.

I. Partim Papam Romanum, ut Caput vicarium, aut ut alii loquuntur, secundarium.

II. Partim angelos & sanctos mortuos, quos ne quid superstitioni desit, partitis inter se operis, in diversas prefecturas distribuunt, & præficiunt alios provinciis, urbibus, pagis, vicis, templis, domibus; item animalibus, ut porcis, anseribus, &c. alios malorum, ut morborum certorum, pestis, &c. a motione, sed & immisioni: alios dispensationi bonorum certorum ab ipsis petendorum, ut artium, imò & poenitentiae, fidei, caritatis, fuga mali, perseverantiae in bono. Testatur hoc Officium virginis Mariae, jussu Pii V. rursus editum, & Missale à Clemente VIII. An-

Chemnic. in Exam. Concil. Trid. de In. Sanct. f. 580, & seq.

no 1612. renovatum: ut de Rosariis Papisticis, & Psalteriis ad sanctos accommodatis non dicamus: quæ Chemnicus in Examine Concil. Trident. de invocat. Sanct. copiosè allegat.

AVΘΕΤΙΣ ORTHODOXA

Thesis
XXXI.

R. I. Unus est Sponsus & vir Ecclesiæ, Christus.

Eph. 5, 25. Papa autem, si Christi doctrinam & institutionem sequeretur, esset amicus Sponsi, Iohan. 3. v. 29. nunc autem est adulter & leno. Adulter, tum hoc ipso, quòd se Sponsum vocat; tum effectu, quia matrimonialibus juribus Ecclesiæ cum Christo peractis addit suas traditiones pari reverentia observandas. Leno autem est Ecclesiæ, quatenus spiritualia adulteria cum idolis exercenda conciliat & precipit.

II. Caput item Ecclesiæ aliud est nullum, præter Christum, Ephes. 1, 22. & 4, 15. Coloss. 1, 18. & quicumq; huic capiti sunt aduniti, illi sunt membra, non autem caput formaliter sic dictum, 1. Corinth. 12, 14, 15, 16. Et habet quidem Christus non unum, sed plures vicarios in Ecclesiæ, verùm non quæ caput est, sed in ministerio

ministerio docendi: quia materiali ore non amplius
nos docet, & ut διάνοις Rom. 15, 8. quemadmodum cum
visibilis in terris versaretur. Sicut enim missus erat
à Patre cœlesti: ita & misit Apostolos, Iohan. 20, 21. At-
qui ille venerat, non διανοηθῆναι, ut ministraretur sibi,
ἀλλὰ διανοηθῆναι, sed ut ministraret, Marc. 10, 41. Quare,
& sic ille misit Apostolos ac successores, & quidem ut
æquales, improbato simpliciter potestatis inter illos pri-
matu, Marc. 9, 33. Luc. 9, 48. Matth. 18, 4. Luc. 22, 24. ut alibi
pluribus hoc σὺν θεῷ confirmabimus.

III. Christus sibi vult saluum esse auxiliandi
magisterium, Esa. 63, 1. Ideoq; clamat: Venite ad
ME omnes, &c. EGO reficiam vos, Matth. 11, 28. Adde,
quòd soli Patri nostro in cœlis, quem oramus, Matth. 6,
9, & 13. adscribatur regnum, potentia & gloria in secu-
la. Ejus vox est: Invoca ME, & eripiam te. Psal. 50, 15.
Ille est pater luminum, à quo omne donum perfe-
ctum. Iacob. 1, 17.

Iam ad BENEFICIA Christi trans-
eamus, de quorum capitibus non minùs
fœcundi errores. Nempe de IUSTI-
FICATIONIS

I. Causâ,

Thesis
XXXII.

Trident.
Concil. c. 11.
Bellar. l. 1.
de gra. c. 3.

Bellar. lib.
5. de lib. arb.
c. 2.
Conc. Trid.
can. 3. Ses. 6.
Bellar. l. 1.
de grat. &
lib. arb. c.
13. l. 5. c. 9.
& 14. l. 5.
c. 10. l. 12.
& 15.
Costerus
Ench. p. 203.
204.

Bellar. de
grat. & lib.
arb. l. 6. c. 9.
13. 15.
Cott. Ench.
p. 203.

I. Causâ, non tantùm meritoria, ut modò diximus, sed & efficiente primaria, quam dicunt esse gratiam donorum infusorum: & anathemate feriunt, qui gratiam de misericordia & favore Dei exponunt.

II. Subjecto. Nam 1. in peccatore justificando malitiam hereditariam tantùm pœnam esse volunt, non culpam, nisi libera voluntate ei obediamus. Et 2. illius planè expertem fuisse Mariam Domini matrem. 3. Deniq; in hominis libero arbitrio non amissam facultatem convertendi se ad Deum, sed tantùm liberam illius executionem, quæ vinculis peccati impediatur: gratiâ autem illud vinculum solvente, excitatum hominem sponte se ad Deum convertere. Summa: decisiones & disputationes eò omnes collineant, ut conversionis duas faciant causas: unam propriam, nempe liberum arbitrium, alteram prævenientem, videlicet gratiam Dei, quæ à vera efficiente causa tantùm impedimentum referat, ut postea vires, quas in se ex puris naturalibus habet, & dispositiones illas meritorias, secundum congruum possit exerere. Nam congruum ipsis videtur, ut homini facienti quod in se est, Deus suam gratiam largiatur.

III, Causa

III. *Causa formali. Nam Patres Concilii Tridentini can. 10. unicam formalem causam justificationis decernunt, caritatem & justitiam infusam piis inherentem, meritum autem Christi non esse causam remissionis proximam, ob quam peccata nobis primario remittantur, sed solum meritorie justificare, id est, esse causam, ob quam caritas & justitiæ habitus infundatur, qui & peccata tollat, & nos verè justos faciat. Proinde justitiam Christi fide apprehensam anathemate feriunt, & imaginariam, putativam, fictam ac spectrum cerebri Lutherani nominant.*

Bell. lib. 2.
de justif. c.
2. Cofterus
p. 261.

Conc. Trid.
can. 10.

IV. *Causa instrumentali: de qua in tribus exorbitant. 1. in subjecto, quod illi faciunt intellectum. 2. in objecto, quod illi faciunt omne verbum Dei, sub quo etiam traditiones subintelligunt. 3. in actu fidei, quem faciunt tantum assensum; eumque sæpè cum ignorantia, quam implicitam & Carbonarij fidem vocant, & Laicis ad salutem sufficere dicunt. 4. Denique cum disputant, non fide sola, sed fide informata, id est, cum operibus nos justificari, ipsi per fidem assensum intelligunt, & quidem talem, qui dispositive justificet, sive sit radix & initium justificationis, quam opera perficiant. 5. Fiduciam autem planè damnant, itemque certitudinem de remissione peccatorum,*

Hofius de
aut. scrip.
lib. 2.

Conc. Trid.
sess. 6. can. 6.
Bell. lib. 1. de
justif. c. 12.

F

& præ-

Conc. Trid
sess. 6. can. 12
Bell. lib. 3.
cap. 2. & 4.

Et presumptionis nomine traducunt; imò Et assensui certitudinem non nisi conjecturalem Et opinionem tribuunt.

Th, XXXIII

ANTITHESIS ORTHODOXA.

R. I. Gratia justificans & salvans

I. Dicitur aliàs *ἀγαπῆς καὶ φιλανθρωπία*, Tit. 3. 4. & 5. *Et dilectio*, Johan. 3. 16. *Et misericordia*, Heb. 4. v. ult. *quâ gratis dilexit nos Deus in dilecto Filio*, Ephes. 1, 6. 2. *respicit nostram miseriam Et indignitatem*, 1. Cor. 15, 10. 1. Tim. 1, 16. *ideoq; in justificationis doctrina opponitur legi, operibus, merito, debito*, Gal. 2, 3. Rom. 3. v. 20, 29. Rom. 4. Psal. 4. Rom. 11. v. 6. *Dona gratis infusa à SS. non sunt favor DEI erga miseros, sed effectus illius favoris: non opponuntur Legi Et operibus Legis. Quare dona gratis nobis infusa, non sunt gratia justificans.*

II. Aliud Paulus dicit: in quo (Adamo) omnes peccarunt, Rom. 5, 12. & moriuntur, 1. Cor. 15, 22. *quatenus in Adami lumbis fuerunt. Est enim ibi avocia post actum illum peccati primi remanens, tum in Adamo, tum in posteris, Et privatio innocentiae, itemq; reatus culpe, id est, foeditas Et macula peccati Et reatus*

reatus poenae, id est, dignitas odij & noxia, atq; insuper
vitiositas omnium virium. 2. Jam si omnes, lege de
fructu vetitæ arboris obligati, peccarunt in lumbis
Adæ, quidni & Maria? 3. unica & solitaria causa
conversionis est gratia Dei, per verbum operantis,
mouentis & illuminantis hominem: quia per lapsum
ejus vires totæ sunt corruptæ in spiritualibus. Joh. 3, 6.
Rom. 8, 6. Job. 14, 4. Eph. 2, 3, ut planè nihil de ijs in-
telligat. 2. Cor. 3, 5. Rom. 8, 7, nec velit bonum, Gen.
6, 5. Jerem. 13, 24. 1. Cor. 12, 3, imò mortuæ sunt, Eph.
2, 1. Novum autem cor à Deo est, Ezech. 36, 26, qui o-
peratur in nobis velle & perficere, Phil. 2, 13. Itaq;
Christus exclamat: Sine me NIHIL potestis facere.
Joh. 15, 5. Quam exclusivam nervosè exponit Augu-
stinus: Non dicit, sine me parum potestis facere, nec di-
cit, non potestis ardui aliquid sine me facere, vel difficul-
ter sine me poteritis, sed nihil sine me potestis. Nec di-
cit, sine me non potestis perficere, sed nihil potestis
sine me.

August. sup.
h. l.

III. Justitia, quâ justificamur, est justitia
CHRISTI. Rom. 4, 6. & perfecta, quæ ~~et~~ ^{et} valet in judicio, Matth. 5, 20. Justitia fidei,
Rom. 4, 13, tota in credendo, non operando posita,
Rom. 3, 4 & 5. Gal. 2, 16, &c. per fidem imputatur,

F 2

Rom

Rom. 3, 25. et C. 4, 5. 2. Cor. 5, 19. At Justitia in-
hærens non est justitia Dei, sed ab ea distincta, Phil.
3, 9. est imperfecta, non potest consistere in judicio
Dei, Psal. 143, 2. non consistit in credendo, sed operan-
do, Ephes. 2, 10. Phil 3, 9. Quare Christi justitia, cui
omnia ista competunt, est justificationis causa for-
malis, quatenus nobis imputatur per fidem, non au-
tem justitia illa nobis inherens.

IV. Scriptura. 1. mentem, voluntatem & cor si-
mul facit subjectum fidei. 2. objectum ait esse omne
quidem verbum Dei scriptum genericè: sed in spe-
cie Evangelium & promissionem specialis in Christo
misericordie. Gal. 2, 20. 3. Actum fidei esse assensum
cum fiducia, Rom. 10, 10. Act. 8, 37. & in assensu re-
quirit præcedaneam ἐπιγνώσιν veritatis, 2. Tim. 3, 7.
atq; intelligentiam, Deut. 4, 6. Psal. 32, 9. Psal. 119,
34. & 37. ac reprehendit ignorantiam ut erroris ma-
trem, Matth. 22, 29. 4. Scriptura neq; per assensum,
nec per opera hominem justificari dicit, sed per fidu-
ciam, Psal. 2, v. ult. Marc. 16, 16. Esaia 26, 16. Psal.
31, 1. Rom. 10, 11. quæ λαμβάνει Christum, Joh 1, 12. &
per ipsum misericordiam, Heb 4, 1. reconciliationem,
Rom. 5, v. 11. & vitæ æternæ promissionem, Heb. 4, 16.
Apprehendit autem justitiam Christi, non per modum
disposi-

dispositionis, sed instrumenti, Act. 10, 43. Act. 26, 18.
Rom. 5, 17. & justificat SOLA: quia actum apprehen-
dendi promissionem gratiae & meritum Christi SOLA
habet, Gal. 2, 16. Non ex operibus, NISI per fidem.
Fide absq; operibus Legis. Rom. 3, 28. quae per Le-
gem (doctrinā) fidei excluduntur, Rom. 3, 27. omnia,
etiam renatorum, ut Abrahā, Rom. 4, 1. & Pauli, 1.
Cor. 4, 4. 5. Præsumptio est inanis persuasio sine ver-
bo. Sed fides est fiducia, Rom. 8, 38. Rom. 10, 9. Est q̄
gemina certitudo fidei, tum assensus in intellectu, quā
omnis deceptionis formido excluditur, 2. Cor. 4, 13.
2. Tim. 1, 12. tum fiducia in corde, quae in veritate pro-
missionum divinarū infallibili acquiescit. 1. Joh. 2, 21.

Deinde **Sanctificationem**, quæ al-
terum est Christi beneficium, I. Perfectam esse
statuunt, & meritoriam vitæ æternæ, atq; effi-
caciæ meriti Christi putant detrahi, si nos ad
vera & perfecta opera non renovet.

II. Opera dicunt esse bona ex sola inten-
tione: ideoq; hinc tot ἐθελοδρησικείας excogi-
tant.

R. 1. Vitiositatis nostræ curatio successiva non ar-
guit vel imperfectionem curationis vel impotentiam

F 3

Medici,

Th. XXXIV

Medici, sed gravitatem morbi, & extremam Naturæ nostræ corruptionem, quæ in hac vita restinguitur, in æterna penitus erit abolita.

II. Omnis modus colendi Deum, sine præcepto Dei susceptus, vetatur, objurgatur & condemnatur, Deu. 12, 8. Matth. 15, 9. Mich. 6, 6, 7, 8.

Th. XXXV.

Deniq; in doctrina de mediis beneficia hæc offerentibus, nimium quantum à tramine veritatis exerrant.

Legem & Evangelium

confundunt.

I. Opera alia legis, alia Evangelii seu fidei facientes, cum omnia bona opera, ut Abrahæ, Rom. 4. ad Legem Dei referantur, & gratiæ Evangelicæ ac fidei opponantur, Rom. 11, 5 & 6.

Bell. 1. 4. de
justif. c. 5.

2. Hinc ex Christo legislatorem faciunt in Novo Testamento. R. Licet Christus, quæ Deus, cum Patre & Spiritu Sancto autor sit, & lator legis: in carne tamen non venit ut Legislator, sed ut Salvator, non per nova mandata, sed remissionem peccatorum, Luc. 2, 11. Matth. 1, 21. ut pro nobis Legem implens à maledictione legis nos liberaret, Gal. 4, 4. Et quamvis Legem Dei repurgavit & explicavit, non tamen novis mandatis auxit.

Similiter

Similiter in doctrina ipsorum Th. XXXVI
de Sacramentis non una est falsi-
tatis facies.

I. Septem numerant Sacramenta propriè sic
dicta: *Baptismum, Confirmationem, Eucharistian,*
Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem &
Matrimonium.

Bell. lib. 2.
de Sacram. 1.
c. 13. 24.

II. Ea ex opere operato gratiam conferre di-
cunt.

Conc. Trid.
sess. 5. can. 8.

III. Ideoq; peculiari opus esse intentione ad-
ministrantis.

Canis. in
Ench. p. 11c.

R. *Binarius numerus Sacramentorum probatur.* I. ex indagacione essentialium prædicato-
rum, iis, quæ extra controversiam sunt species
Sacramenti, communium, hoc modo: *Quibus
non competit essentia Baptismo & Eucharistia pro-
ximè communis, illa non possunt esse Sacramenta
Novi Testamenti propriissimè, id est, eo dicta mo-
do, quo Baptismus & Eucharistia sunt Sacramen-
ta. At quinq; illis fictitiis Sacramentis non com-
petit essentia Baptismo & Eucharistia proximè com-
munis. Ergò illa non sunt Sacramenta strictissimè
sic dicta. Major probatur: quia illud commune, in quo
per se*

per se & proximè conveniunt species, est generica speciesum natura, ut docet Philosophus in methodo venandi essentialia predicata. Atqui Baptismus & Eucharistia sunt species Sacramenti in Novo Testamento. Ergò in quo per se & proximè conveniunt Baptismus & Cœna Domini, est generica illorum natura. Minor probatur ex indagazione predictorum essentialium, utriq; & Baptismo & Eucharistia, communium. Nam ambo sunt actiones solennes à Christo instituta, Matth. 28, 19. Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 24. ambo constant externo & visibili elemento & simbolo à Christo ipso & Apostolis usurpato: ambo per verbum institutionis certum atq; expressum res cœlestes nobis dispensant: ambo deniq; annexam habent promissionem conferendæ & obsignandæ salutis, Marc. 16, 16. Joh. 3, 5. 1. Pet. 3, 21. Matth. 26, 26, 28. Luc. 22, 19, & 20. At fictitia illa Sacramenta, vel omnibus, vel aliquibus saltem conditionibus his essentialibus destituuntur. E. &c.

II. à Testimonio scripturæ, dualitatem ipsam Sacramentorum, N. T. sive numerus numerans, sive numeratus spectetur, non quidem verbotenus, sed quoad sensum exprimentis, 1. Joh. 5, 8.
Si enim

Si enim de tribus in terra testibus demas unum, & Spiritus, id est, verbi prædicati, 2. Cor. 3, 6. & 8. testimonium ^{an 850v} distinguas ab Aquæ & Sanguinis testimonio atq; applicatione visibili, remanebit dualitas testium: & illi duo sunt Aquæ & sanguis, id est, Baptismus & Eucharistia: nulla alia. Alioquin non ternarius foret numerus testium in terra. Huc refer illud 1. Johan. 5, 6. respiciens ad fluxum aquæ & sanguinis ex latere Christi in cruce, duo Sacramenta N. T. notantem, fatente ipso Bellarmino.

Bell. lib. 2
de effect.
Sacram. c. 27.

II. Sacramentorum efficacia non provenit ex opere operato, id est, vi quadam sua corporali, ex se & per se ex ipsa actione fluens, sed ut per verbum fœderis, quod auditur, ita & per hæc fœderis signa, ceu verba visibilia, ut Augustinus nominat, vi institutionis & promissionis divinæ, gratia Dei efficaciter administratur; nec etiam sine fide profunt.

Aug. cont.
Faustū Ma-
nich. lib. 20.
c. 16.

III. Efficacia, ut verbi, ita & Sacramentorum, non pendet à ministri persona, cum hominum incredulitas Dei fidem, id est, institutionem & promissionem evacuare non possit, Rom. 3, 3. Inde Israëlicæ, licet idololatra, circumcidentes filios suos, Deo dicuntur genuisse, Ezech. 16, 20. & à Zipora iracunda collata circūcisio à Deo rata habetur, Exod. 4, 20.

G

BAPTISMI

Bell. l. i. de
Bapt. c. 25. &
seq.

Thom.
Aqu. in 4.
sent. dist. 4.

Concil. Cō-
stant. sess. 13
Conc. Tri-
dent. sess. 5.
can. 2.

Baptismi formæ varias addunt ceremo-
nias præcedentes, comitantes & sequentes, & pa-
rem cum Baptismo vim & gratiam habere ingres-
sum religionis monasticæ, atq; induitionem cu-
cullæ, fingunt.

In **Coena** deniq; maxima est errorū congeries.
I. *Non obstante Institutione*, calicem eripiunt Laicis,
ut & Clericis non conficientibus, *propter conco-*
mitantiam, ut vocant, seu connexionem sanguinis
cum corpore. II. Panem & vinum, prius tamen aquâ,
contra Christi institutionem, mixtum, in corpus &
sanguinem Christi transubstantiari statuunt,
ideoq; circumgestant. III. Eucharistiam in sacrifi-
cium vertunt, *quod vocant Missam*.

Ἀντιθεσις ΟΡΘΟΔΟΞΑ.

T. XXXVII

I. R. 1. Adest vox imperativa Christi, Matth. 26,
27. 2. αἰσώτως, pari modo, quo manducare jusserat, Luc.
22, 20. 3. Ἐ quidem sub Testamenti vigore, Matth.
26, 28. Luc. 22, 20. I. Cor. 11, 25. 4. ad omnes directâ,
Matth. 26, 27. quotquot edunt panem benedictum,
I. Cor. 11, 26. 5. eaq; iterata: Hoc facite: I. Cor.

M. 25.

11, 25 & 6. obedientia discipulorum, qui biberunt omnes, Marc. 14, 23. 7. deniq; praxis Ecclesie primitivæ, 1. Cor. 10, 15 & 11, 28. Neq; verò tollitur corporis & sanguinis CHRISTI naturalis unio, seu ut vocant, concomitantia, per separationem sacramentalem corporis & sanguinis CHRISTI, propter actus manducandi & bibendi cum diversis symbolis distinctè mandatos, & à Paulo 1. Cor. 11, 28. distinctè enunciatos, in uno Sacramento, ex institutione Christi, à quo solo presentia sacramentalis dependet, concurrentes. Vide Lutherum.

II. Christus ait: Hoc EST, non: hoc fit, corpus meum; & Hoc EST, non: fit, sanguis meus. Et Paulus testatur, panem communicationem corporis, & vinum communicationem sanguinis CHRISTI esse, 1. Cor. 10, 16. ac disertè monstrat, unum cum corpore CHRISTI Panem hunc benedictionis, & cum sanguine poculum hoc vinum in se continens 2. Cor. 11, 26. neq; unquam in scripturis panis significat accidentia tantum panis.

III. Missæ sacrificium est omnium ferè abominationum Papalium epitome. 1. enim ex Sacramento facit sacrificium externum & proprie

G 2

Tom. 3.
Germ. fol.
528.

propriè expiatorium pro vivis & mortuis, atq; ita sacrificij Christi & unitati & effectui derogat, ut antè diximus. 2. accedit hostiæ consecratæ repositio, & in processionibus circumgestatio & adoratio, contra verbum Christi: Manducate: Bibite.

Cæterùm longè plures sunt eorum errores, tum in his articulis, tum ex his in alios etiam derivati: sed ex illis, qui jam recensiti sunt, satis constat, totam fidem de Christo, quæ Christus est, in Ecclesia Romano-Papistica corruptam esse. Ac quamvis alij quoq; heretici eas ipsas corruptelas singulatim propugna verint; tamen illis communiter omnibus sordibus & excrementis superiorum seculorum Romana Ecclesia, quatenus Papistica est, sentinam quasi præbet.

SECUNDVM ARGV- MENTVM.

A depravatione cultûs

Th. XXXIX

CHRISTO debiti.

Nam & in modo, & in objecto cultûs peccant.

In modo: cùm excogitant varios cultus à DEO non præceptos, ut flagellationes, peregrinationes, & quæ hujus generis sunt, ἐβελουθησκειας. Item cùm Christum in imagine adorant & colunt, juxta Bonaventuræ versus:

Effigiem

*Effigiem Christi dum transis, semper adora;
Non tamen effigiem, sed quem designat, adora.*

In objecto cultus peccant, dum falsum Deum, & id, quod extra Deum est, colunt, hoc est, nudas creaturas, tum animatas, tum inanimatas.

*Inanimatas 1. Panem Eucharisticum, cultu la-
triae, ut loquitur Synodus Tridentina: cum tamen pa-
nis & in ipso usu coenae maneat panis, ut supra dixi-
mus, multo magis extra usum. 2. Reliquias crucis
Christi & sanctorum, ut sunt clavi, lancea, vestimen-
ta, mortuorum crania & cineres, crines, craticulae ite
& indusia, calcei, praesepe Christi, & asinorum ungula,
succinctoria, & quae non aliae reliquiae, easque omnes de-
votè venerantur solenni circumgestatione, donis &
anathematis, geniculando, osculando, adorando, ce-
reos accendendo, thura adolendo, & altaria per illa-
rum praesentiam consecrando, dies festos & Missas in
illarum honorem instituendo, peregrinationes ad illas
suscipiendo, gratiam & virtutem divinam illis attri-
buendo, & hinc egrotis imponendo, aut earum atta-
ctu corollas, linteamina, aut alia huiusmodi sanctifi-
care, ut praeservativa sint & amuleta, ad malos spi-
ritus & morbos fugandos. 3. Altaria, vasa, calicem,
patinas, Agnos Dei, id est, cereas pupas, quas supersti-*

G 3

tiosè

Synd. Trid.
sess. 13. can. 5.

Breviar. in
Exorcif. a-
quæ, panis,
salis.

Conc. Trid.
sess. 25.

Cost. de ve-
nerat. sanct.
p. 400.

Bell. in fin.
l. 3. de cul-
tu sancto-
rum.

Valent. in
fine lib. de
satisfact.

tiosè consecrant ad hunc usum, ut DEUS illis con-
ferat vim mala avertendi, & contra bona conferen-
di: salemitem & panem, & aquam exorcisant, ut
sint in salutem credentium, & fiant illis sanitas
animæ & corporis, & contra omnes morbos, &
universas inimicorum insidias.

Res animatas: Mariam, angelos & sanctos
defunctos, quibus altaria & templa erigunt ac de-
dicant, missas, ferias, vigilas & jejunia institu-
unt, imagines, candelas, oblationes, suffitus appa-
rant, & ad mentionem atq; imagines eorum genua
flectunt, illis vota faciunt, per eos jurant &c. De-
inde etiam ad illos dirigunt preces suas & gratia-
rum actiones, tanquam ad Intercessores, advoca-
tos, auxiliatores & bonorum omnium datores. In-
primis verò matrem Domini, non modò DEO ad-
jungunt, sed & CHRISTO anteponunt: quod vi-
demus hodieq; fieri à primipilis gentis Pontificie,
Bellarmino & Valentiano, ita libros suos fini-
entibus: LAUS DEO, virginiq; Matri Mariæ:
Domino item JESU CHRISTO, æterno DEI
Filio: ut Psalmorum, in DEI laudes factorum, ad
Mariam accommodationes omittam. Deniq;
iplos falsos DEOS in imagine colunt, auctario
quodam

quodam mendacij divinitatem tribuentes iis, quibus nulla est, & Deum colendo in sanctis.

Ἀντιθεσις ΟΡΘΟΔΟΧΑ.

R. Sed hic cultus universus & CHRISTO gloriam suam derogat, qui cum Patre & Spiritu Sancto solus est, ut objectum fiducia, Rom. 10, 14. Marc. 11, 24. ita invocationis, Matth. 4, 10. & cultus, Exod. 20, 3. itemq; mediationis, quae soli ipsi accepta ferenda est, ut antè diximus, honorem cum creaturis communicat: nec mandatum habet ullum, aut promissionem, ideoq; ad Deos alienos dirigitur, ab infidelibus & impiis pari modo usurpatus, ut videre est ex Exod. 32, 5. Jud. 3, 25. 1. Reg. 12, 28. 1. Reg. 16, 3. 2. Reg. 10, 24. 2. Reg. 11, 7. Esa. 44, 15. Jerem. 2, 27. Dan. 3, 3. Soph. 1, 5. tum ex libro Baruch. cap. 6. quem imprimis commendatum esse Christianis cupit Bellarminus.

Planè autem turpi purpurisso colorare hanc abominationem, cogitant, cum distinctiunculas quasdam faciunt & obtendunt. 1. Se non imaginem, sed prototypum honorare. 2. Aliud esse λατρείαν, quâ

quâ Deum, ὑπερδουλείαν, quâ Mariam, & δουλείαν, quâ sanctos colant. 3. cultum sanctorum non esse divinum, sed analogicum divino, & referri ad Deum. 4. esse diversitatem intentionis, quâ honorem tribuant sanctis & imaginibus, non ut Deo, sed ut creaturæ, eum ob finem, ut Deus in illa & per illam glorificetur. 5. se venerari sanctos ut secundarios & Christo subordinatos intercessores ac datores: ideò semper in his precibus addere clausulam: per Christum Dominum nostrum.

Sed ut est via mulieris scortantis, quæ comedit, deinde abstergit os suum, tum dicit: Non sum operata iniquitatem. Prov. 30, 20. *Ita isti turpitudinem hanc adulterij spiritualis agnoscere nolunt, adeò quidem enormem, ut meritò de ea usurpari possint verba, quæ Deus apud Exech. c. 6 51. de Hierosolymis, eo de loco, inquam, ubi antea sibi quietem elegerat, dolenter profert: Samaria secundum dimidium peccatorum tuorum non peccavit. Non fecit soror tua & filia ejus, sicut fecisti tu & filia tua. Justificasti sorores tuas præ omnibus abominacionibus, quas fecisti. At de hoc in sequentibus Disputationibus plura, Deo dante, dicemus.*

TER-

TERTIVM ARGVMENTVM.

A deliquio charitatis reliquis

Ecclesiis debitæ, ex rupto fidei
vinculo oriundo.

Faciat enim se Romana Ecclesia. 1.

Matrem & caput omnium
Ecclesiarum.

*R. Sed nullo jure, siue maternitas accipiatur ra-
tione doctrinae, per ablegatos ministros verbi alibi
propagatae, siue ratione potestatis.*

*I. Non est priore modo mater omnium Eccle-
siarum. Soli enim Hierosolymitanae Ecclesiae hoc de-
betur Encomium, quæ totius orbis Ecclesias semi-
navit, ut loquitur Hieronymus. Ab hac gentiles di-
cuntur facti esse participes spiritualium, Rom. 15,
27. Ex hac in omnem terram exivit Lex & verbum
Domini, Mich. 4, 2. unde Concilij Constantinopoli-
tani I. œcum. Patres, Hierosolymitanam omnium
aliarum Ecclesiarum matrem, Justinus autem
Imperator, Christiani nominis matrem, vocarunt.
Deinde quamvis olim Ecclesia Romana particula-*

H rium

Th. XLI.

Th. XLII.
Bell. l. 1. de
Ponti. Rom.
c. 22.

Hier. in c. 2.
Esa.

Just. ad Hor.
mis. inter
Epl. Hor-
mis. post
Epl. 71.

rium Ecclesiarum fuerit mater in Europa, tamen
veram se matrem postea non præbuit. Illa enim de-
mum vera mater est, quæ non tantum gignit, sed &
alit liberos. Quas tamen partes maternas Ecclesia
Romana, posteaquam Papatu fuit corrupta, non est
ritè executata. Nam σιτοπέτριον, quod vir & Dominus
illius liberis in cibum reliquit, partim abscondidit,
partim siliquis humanarum traditionum auxit, &
pani vitæ mortem, fontibus Israëlitis cicutam admis-
cuit, atq; hac infauſta nutritione multos Diabolo
educavit, eidemq; animas illorum tradidit devoran-
das, quem admodum Ezech. 22, 25. hoc nomine Israël-
itæ accusantur. Sic & hodiè ex semine incorrupti-
bili verbi, Luc. 8, 11. 1. Pet. 1, 23. & lavacro Baptismi
in Indiis regenerat homines, uti quidem gloriatur,
& gignit Deo filios & filias, sed postea lacte verbi di-
vini, & imprimis adultos, solido cibo ritè non pascit;
quin potius eos genimina viperarum facit, & filios
Gebennæ: quo nomine Dominus Phariseos accusat,
Matth. 23, 15.

Filia itaq; est Romana Ecclesia Hierosolymi-
tana respectu, atq; ut & alia, quamdiu & quousq; re-
cta docet, per administratum verbi divini semen, po-
test alias gignere Ecclesias.

II. Multo autem minus mater est ratione po-
testa-

testatis despoticæ aut dominij. Quia maternitas ista in plantandis Ecclesiis nil nisi ministerium notat & piam curam propagandi doctrinam, quâ alij regenerantur: nullum autem dominium conciliat, ne quidem de jure Ecclesiastico, quo Hierosolymitana, quam matrem priore modo diximus Ecclesiarum, aliquando tamen Cæsariensi fuit subjecta. 2. quia sola sublimis illa Jerusalem est mater omnium nostrum, Gal. 4, 26. inter particulares autem Ecclesias est relatio & unio, non καθ' ὑπεροχὴν, ut inter matrem ac filiam, dominam & subjectam, caput & membra, sed κατ' ἰσότητα, ut inter pares collaterales, haut secus ac membra τῆς οὐα, aut sorores in una familia. Unde Cant. 8, 8. dicitur: Soror nobis est parvula. Jam licet soror una quidem alteram etate aut virtute possit anteire, non tamen dominationem in illam, quâ soror est, habet.

Baron. tom. I. an. 59. num. 10.

Proinde cum Ecclesia Romana etiam caput appellatur à Patribus, fit hoc, non ob aliquam potestatis prerogativam, sed ob celebritatem à fidei puritate, Rom. 1, 8. c. 16, 19. à multitudine martyrum; maximè verò propter ordinem, quo parochie Ecclesiasticæ, civiles & publicas formas
H 2 sunt

sunt secuta, teste canone 17. Concil. Chalcedonensis:
Et Episcopi non sua autoritate, sed sub umbra
præfecturæ aliquam prærogativam meruerunt,
ut loquitur Justinianus Nov. XI. Hinc quia præfe-
ctura urbana erat prior præfecturâ Augustali; ideo
Ἀπὸ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, diœcesis Romani Episcopi
prior & prima sedes appellata fuit, ordine dignita-
tis, ejusq; Episcopus Primæ Sedis Episcopus: ean-
demq; ob causam Constantinopolitana diœcesis anno
381. post Romanâ proxima fuit, Ἐπὶ δευτέρῃα πρῆσβεία τῆς
ἡμῶν, secundanas habuit in primatu honoris, Ἀπὸ τὸ εἶναι
αὐτὴν νέαν Ῥώμην, quòd Constantinopolis tum tem-
poris altera Roma facta esset, ut habet III. Canon
Concil. Constantinop. confirmatus à Chalcedonensi
Concilio anno 451.

Can. VII.

Th. XLII.

II. Solam sanctam & Apo- stolicam.

R. In Romana quidem Ecclesia aliqui sunt
sancti & electi, sed quatenus Ecclesia, non quatenus
Papistica est, ideoq; & alia non Papistica Ecclesie
sunt sanctæ, propter sanctam vocationem, 2. Tim. 1,
9. & sanctificationem per verbum, 2. Thess. 2, 13. sed
insuper Romanæ Ecclesie minimè sanctitatis titulus
competit

competit ratione Papismi, cui quicumq; astipulantur
rectius Synagoga Satanae, ex Apoc 2, 9, & 3, 9, dicun-
tur.

Porro Apostolica Ecclesia dicuntur duobus mo-
dis. 1. Illae, quas Apostoli condiderunt ipsi predican-
do, tam viva, quod aiunt, voce, quam per Epistolas,
ut loquitur Tertullianus.

2. Eae quoq; Ecclesiae, quae, licet nullum vel ex
Apostolis, vel Apostolicis viris autorem suum pro-
ferant, ut multo posteriores: tamen in eadem
fide conspirantes, non minus Apostolicae dicun-
tur, propter consanguinitatem doctrinae, ut idem
Tertullianus ait.

Jam neutro modo sibi soli vindicare potest
hunc titulum Romana Ecclesia; non secundo, quia
omnes orthodoxae Ecclesiae habent Apostolicam do-
ctrinam. Imò ut Papae obedit Romana Ecclesia, non
Apostolica, sed apostatica est, & ministri ejus Apo-
stolorum planè dissimiles. Apostoli enim de mor-
tuis vivos suscitabant, illi de vivis mortuos fa-
ciunt, ut vicissim ait Tertullianus. Nec primo,
quia & aliae sunt ab Apostolis fundatae, ut Corin-
thiaca, Galatarum &c. à Paulo.

Ac quamvis postea tractu temporis in occidente,

H 3

quasi

Tertul. de
praescrip.
c. 21.

c. 32. l. de

Tertul. de
praescripto

Syn. ep. 56.

quasi circa annum 400, ut ex Augustini & Vincen-
tij Lyrinensis scriptis apparet, καὶ ἐξ ὀχῆν soli Romanæ
Ecclesiæ, ἀνωτατοῦς fuerit tributa hæc appellatio. 1.
tamen ἐξ ὀχῆ illa & prerogativa fuit celebritatis ob
virtutem, & ordinis duntaxat, ut dictum est, non
autem potestatis. 2. Sed & in Oriente titulus hic
reliquis Ecclesiis mansit, quemodmodum Synesius
illum tribuit Alexandrinæ Sedi. Et initio Acto-
rum Synod. Nicæn. II. Ubi Legati Patriarchalium
Ecclesiarum recensentur, non tantum nominantur
locum tenentes Hadriani Archiepiscopi Aposto-
licæ sedis Romæ, sed & postea eodem titulo insigni-
untur Johannes & Thomas presbyteri, τοποθετηταί
τῶν ἀποστολικῶν θρόνων τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, id est, locum
tenentes Apostolicarum sedium, ejus, quæ est in
oriente, diœceseos.

III. Solam Catholicam.

R. Ecclesia dicitur Catholica, aut ra-
tione quantitatis, aut qualitatis.

Quantitas vicissim spectatur vel ratione o-
mnium partium & membrorum, & sic determinat
subjectum, vel ratione omnium linguarum, gentium
& nationum, ex quibus Ecclesia Catholica colligitur,
atq;

atq; sic predicatur de Ecclesia. Ratione autem
qualitatis Ecclesia dicitur Catholica, propter doctri-
nam & fidem, in qua cum tota Ecclesia seu cœtu o-
mnium verè credentium, per totum orbem terrarum
diffuso, consentit, qui consensus interdum manifestò
conspicitur, ut ad eum provocari possit, & tunc Ec-
clesia Catholica idem notat, quod orthodoxa, juxta
interpretationem Justiniani Imperatoris, atq; sic
etiam competit Ecclesiis particularibus, quemadmo-
dum Alexandrina vocatur Catholica à Constantio
Imperatore, apud Socratem: & quidem iis quoq; apud
Augustinum, & alios Patres, quæ non exitiali here-
si laborant, aut idololatria, licet nã vos aliàs suos ha-
beant. Interdum, cum scilicet ministerium publi-
cum corrumpitur, est occultus in iis, qui publici er-
roris sunt innoxij.

Catholicismus ergò 1. ratione quantitatis
acceptus neutro modo competit Ecclesiæ Roma-
næ. Quàm latè enim se extendit Baptismi legitima
administratio, tam latè se extendit Ecclesia. Jam
etiam extra Ecclesiam Papisticam baptismus le-
gitimè administratur. Proinde Romana Eccle-
sia non erit sola Ecclesia, & propterea non Catho-
lica, sed Catholica Ecclesiæ pars aliqua, quate-
nùs integram retinet Baptismi essentiam, & verbi
divinitus adhuc communicati, licet per assumenda bu-

L. Cunctos
populos, Co-
dic. de sum-
ma Trinit.
& fide Cath.
Socr. l. 2.
c. 18.

Act. 15.

mana variè contaminati, efficaciâ semen aliquod sanctum in se complectitur. Propterea Ignatius ad Romanam Ecclesiam scribens hoc præmittit πρόσθεν: ἡ ἐκκλησία, ἥτις παρῆκεται ἐν τόπῳ ΧΩΡΙΟΥ Ἰῶν Ρωμαίων. χωρίον autem est diœcesis, ut apparet ex Concilio Chalcedonensi.

2. Sed nec ratione qualitatis Ecclesia Romana, ut Papiſtica, est Catholica: quia insigniter hæretica & idololatrica, ut supra probatum est.

De illa autem notione, quâ Catholicam Ecclesiam Romana Synagoga considerat ratione jurisdictionis, quam in omnes alias, sub unius capitis visibilis communionis sibi adhaerentes, habet, altum omninò est in scripturis silentium. Neq; subjectionem istam permittit sororia, hoc est, æqualis necessitudo Ecclesiarum.

Th. XLIV.

IV. Sedem Petri.

R. Aut sic appellatam volunt Papiſtæ Ecclesiam Romanam à proprio Episcopatu Petri in ea, aut à doctrina & cathedra Petri. Si primū est, geminum quid patret cum schismaticis illis 1. Cor. 1. 12. Ego quidē sum Pauli, ego verò Cephæ, ego verò Christi. Neq; potuit Petrus Romæ esse Episcopus proprius: quia ut Apostolus non uni Ecclesiæ particulari fuit perpetuò affixus, sed

*Sed modò huic, modò illi Ecclesie debuit prestare a-
ctuale ministerium. Sin posterius dixerint, jam non
in sola Romana Ecclesia, quatenus verbum adhuc
habet, sed etiam alibi, erit Petri cathedra & sedes:
quia omnis Ecclesia est fundata super doctrina Apo-
stolorum, quam Chrysolomus & alij Patres vo-
cant Cathedram Petri, scilicet unitatis ratione
& origine, ut Cyprianus ait, Cùm enim Petrum u-
niversæ Ecclesie primum fundatorem ministeria-
lem, ex c. 2. Act. crederent, meritò etiã crediderunt,
nullam societatem nomẽ Ecclesie mereri, quæ petri fi-
dem omnibus Apostolis communem, & in illa cum
omnibus membris conjunctionem, non conservaret.
Hinc unam dixerunt cathedram Petri, id est, unam
fidem, Ephes. 4, 5. Petri, ut & aliorum Apostolorum,
ministerio, fundatam: quemadmodum & unum E-
piscopatum omnium Episcoporum pari jure officii
sui partes administrantium.*

**V. Petram, quam
non vincunt infero-
rum portæ.**

*Hinc Hildebrandus seu Gregorius VII. in suis
dictatibus, quos sic vocat, seu aphorismis primo lo-*

I

Th. XLV.

co

Baron. anno
1126.

coponit istum: quòd Romana Ecclesia à solo Do-
mino sit fundata; *cuius fidelem interpretem agit*
Gregorius Cardinalis *in objurgatione Monacho-*
rum Cassinensium apud Baronium: Quænam au-
tem Ecclesia vel monasterium à Romanæ Ec-
clesiæ non disponatur arbitrio, cuius imperio
cælum ipsum aperitur & clauditur? omnes quip-
pe Ecclesiæ à Pontificibus, Imperatoribus & Re-
gibus, vel quibuscunq; fidelibus condite sunt:
Romanam verò sedem solus fundavit filius Dei,
& super Petri Ecclesiã erexit fidem: cui etiam
terreni simul & cœlestis Imperij jura cõmisit, &
illud verbum, quod condidit cælum & terram,
Romanam fundavit Ecclesiam.

Resp. Vox Petra, ut & fundamenti, cum ad Ec-
clesiam refertur, vel in ordine.

1. Cause efficientis principalis dicitur, pro fun-
dante & conservante: & sic solus Christus dicitur
Petra, relatione ad Ecclesiam, quia eam fundat &
conservat, Matth. 16, 18. 1. Cor. 3, 11. Esa. 28, 16.

2. Vel in ordine cause instrumentalis: ut do-
ctrina $\theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\varsigma$, & ipsi Prophetæ & Apostoli, qua-
tenus per immediatam inspirationem predicarunt
& scripserunt $\theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\upsilon$ illam doctrinam, Rom. 15, 20.
Eph. 2, 20. Apoc. 21, 14.

Do-

August. de
Bapt. contr.
Donat. lib.
3. & alibi
passim.

tinetur, est Petra, id est, in Christo petra ac fundamēto salutis fundatur, & sic subjectum seu materia est foundationis: non autem rationem habet causæ efficientis; siue principalis, quia soliditatis vim à petra Christo accipit; siue instrumentalis: Sic enim non est fundamentum, sed duntaxat instar columnæ stabilimentum, propter quod ut dicitur, ut Clemens etiam appellat, id est, quatenus est tabellio, custos & præco fundamentalis doctrinæ à sanctis Dei hominibus relicta. 1. Tim. 3, 15.

Deinde nec sola Ecclesia Romana hoc modo est petra, sed etiam alia, uti toti Ecclesie Catholice hoc nomen tribui modò diximus.

Iren. lib. 3.
c. 3.
Tertull. de
prescript. c.
32.

Quòd verò Patres interdum solam Romanam Ecclesiam vocant petram, id fit brevitatis ergò. Quia enim valde longum erat omnium Ecclesiarum enumerare successionem, ut ait Irenæus, ideò instar omnium in exemplum sumitur Romana, utpote maxime conspicua & nota: sicut Tertullianus duas tantum exempli loco proponit Apostolicas Ecclesias, Smyræorum, & Romanorum: postea de reliquis concludit communiter: Proinde utiq; & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatu constitutis, Apostolici seminis traduces habeant.

Itaq;

Itaq; Ecclesia Romana, si perstat in fide, est pe-
tra: quia à petra Christo fundata ac solidata est,
& quidem à solo Christo, sed non sola, ut innuit
Hildebrandi dictatus, vel potius dictarium. Pro-
missio enim Domini Petrum alloquentis sermone
comprehensa, aequè eodemq; modo non minùs ad ali-
as Ecclesias pertinet, quia promissio illa, Matth.
16, 18, est facta Ecclesie Catholice per totum or-
bem diffusa: sive per petram intelligatur Christus,
sive juxta quorundam Patrum explicationem Pe-
trus ratione ministerij Apostolici; aut fides funda-
mentalis Petro divinitùs inspirata, quam credidit
& confessus est ac propagavit: sive denique fidei,
quã Petrus credidit, firmitas, & in qua, ut loqui-
tur Chrylostomus, $\pi\epsilon\tau\rho\lambda\epsilon\gamma\omega\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma\ \lambda\omega$, erat obfirma-
tus.

Omnes enim Ecclesie à Christo suam habent
subsistentiam & stabilitatem, quamdiu durant:
omnes sunt extructe super fundamentum Prophe-
tarum & Apostolorum, Eph. 2, 20, ac proinde
etiam Petri: Omnes deniq; particulares Ecclesie
possunt $\pi\epsilon\tau\rho\lambda\epsilon\gamma\omega\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma\ \lambda\omega$ in fiducie firmitate, & quidem pa-
ri conditione cum Romana, hoc est, ut non simplici-
ter sint insuperabiles portis inferorum, sed quate-

Chrylost.
homil. 2, in
Ps. 50.

Chrysoft. in
homilia post
capt. Eutro-
pium.

nus lapidi angulari Christo manent adunita, Job.
8, 31. Hinc Chrysoftomus promissionem hanc
accomodat Ecclesie Constantinopolitane, cujus cle-
rum minas tumultuantium neglexisse dicit, & de
futuro divino auxilio pignoris loco habuisse vocem
illam Domini: Super hanc petram &c. Imò ad-
quemlibet piorum patres illam accommodasse, ex
modo allatis liquidum est.

Th. XLVI.

QUARTUM ARGUMENTUM.

A tyrannide, in
quam Ecclesie pote-
stas & ^{omnino} Christiane
rei mutatur.

Quemadmodum Tyranni in Politicis certa re-
quisita & affectiones, instituta atq; media habent:
ita quoq; in Ecclesiastica Republica, que analogiam
quandam cum politica habet, iisdem characteribus
notanda venit tyrannis.

Inter

Inter requisita illa primum est, po-
testas Romanæ Ecclesiæ *αὐτοκράτωρ*, & li-
berrimæ facultatis faciendi quidvis,
absque ulla reddenda ratione cuiquam;
sive auctoritatem decernendi, sive par-
tem judicariam, sive denique jurisdic-
tionem Ecclesiasticam spectes.

*Habet quidem Ecclesia Christiana potestatem
faciendi constitutiones, sed non nisi de actibus
adiaphoris & mediis, quas propterea veteres de-
creta potius & *κατάνας* appellare maluerunt, quam
νόμους, ut Socrates scribit. De actibus autem neces-
sariis, & ad essentiam fidei pertinentibus, normam
& leges veluti fundamentales regni Christi, nul-
lam condendi, sed tantum judicandi potestatem
habet, eamq; ipsam non nisi delegatam, ministe-
rialem & *ἐξουσιώτικη*. Romana autem Ecclesia, non
tantum licitam potestatem cæteris Ecclesiis eripit,
& sibi soli arrogat, verum etiam jus Christi inva-
dit, & 1. novos fidei articulos constituere non
dubitatur, additio ad scriptum Dei verbum aliud non
scriptum, atq; ex suo sensu interpretandi verbum
scriptum*

Theol.
XLVII.
Arist. 4. Poë
lit. c. 10.

Socrat. lib.
3 c. 6. & lib.
6. c. 36.

Scriptum sibi preteriam & nomotheticam
arrogat auctoritatem, & talem, quæ sacre scri-
pturæ Canonicam auctoritatem impertiatur,
veteremq; & vulgatam versionem Bibliorum
latinam ubiq; suscipiendam, & nullo pretextu re-
ficiendam, edicit, ac deniq; Canones Ecclesiasti-
cos partim novis ^{ἐπιφανίου κωνσταντινου} ^{ἐπιφανίου κωνσταντινου} ^{ἐπιφανίου κωνσταντινου}, ut Epiphaniij
verbo utamur, id est, novarum superstitionum
novis ritibus auget, partim preceptis Evangeli-
cis equiparat, & ab omnibus quicquid statuit,
quicquid ordinat, perpetuò & irrefragabiliter
vult observandum esse.

dist. 19. c.
Enimvero.

Cone. con-
stan. sess. 13.

Quin & Christi leges infringit, & non ob-
stante Evangelica institutione, ut Concilium Con-
stantien. loquitur, sequiora mandata promulgat, à
quibus nullo modo sit secedendum. 2. In judiciaria
parte controversias decidendi summam tribuit sibi
potestatem, & varios reservat casus, ac majores
causas uniuscujusq; Ecclesiæ, atq; indices expurga-
torios facit, in quibus quicquid non allubescit, ex
scriptis tum veterum, tum recentiorum delet, ipsa
nulli censura, judicio, damnationi obnoxia, sic-
nim decreta sanciant: Cuncta per mundum
novit Ecclesia, quòd Sacrosancta Romana Ec-
clesia fas habeat de omnibus judicandi, ne-
que cuiquam de ejus liceat judicare judicio.

Caus.
quæst. 3.

3. In

3. In Jurisdictione deniq; quæ privilegia non
 jactat, 1. quæ Christo soli tribuitur in sacris, Pote-
 stas ^{de oronq; atq; in} in numerum beatorum & sanctorum
 referendi, Matth. 25, 34. mittendi legatos seu Apostolos
 per totum orbem terrarum, Marci ult. v. 15. conscientias
 imperandi, Esa. 33, 22. Jacob. 4, 12: eam in Canonizandis
 sanctis suis, in mittendis nunciis Apostolicis per uni-
 versum orbem terrarum, in obligandis conscientias æ-
 mulatur, itemq; satisfactionibus Ecclesiasticis turpif-
 simè abutitur, atq; ex plenitudine potestatis thesau-
 rum erogat indulgentiarum, quæ certo precio impetra-
 ta tantam vim habeant, ut à pœnis liberent defunctos,
 imò & (pby pudor!) si quis virginem Dei param viti-
 àset ac gravidam fecisset, crimen ipsi hoc pacto conda-
 nari posse, olim per Tezelium est promulgatum. Pre-
 terea nihil ita ratum est, quod in visa illa adjectione
 (Non obstante) Ecclesia Romana in decretis suis non
 rescindat: nulla leges pro tuitione status feruntur, in
 quibus non valet exceptio, quam Tridentini Patres
 suis Canonibus adjungunt: Salva semper & in omni-
 bus autoritate sedis Apostolicæ

II. Et alterum requisitum tyrannidis
 in Ecclesiæ Romanæ statu est perspicuum,
 nempe imperium unius Papæ in pares &
 meliores.

K

Inter

Bellar. l. 2.
 cap. 16. de
 purg. & lib.
 de indulg.
 c. 23.
 Sleid. com.
 ment. l. 13.

Matheus
 Paris. in
 Henr. 3.
 Sels. 7. & 25.

Thesis
 XLIX.

Inter Episcopos, edicto Christi, paritas esse debet, Marc. 9. v. 33. Luc. 9. v. 48. Luc. 22. v. 24. Vos non sic. Qui vult esse major &c. nulla dominatio: ordo olim prisca consuetudine fuit, nulla subjectio, sed loco dominationis sancta caritas, quâ ijs, qui plurimum possent publicum bonum procurare, à reliquis, æquo animo, honoris quædam prerogativa fuit concessa; ut fratres tamen censerentur, non Domini, & quisq; liberum haberet in suæ Ecclesiæ administratione arbitrium, actûs sui rationem Domino redditurus. Nunc unicum est in mundo nomen, Papa scilicet, qui non universalis tantum Episcopus & vicarius Christi, sed & vice Deus, Monarcha atq; omnipotentia Pontificiæ vindex parasitis suis audit. Huic subordinantur Cardinales, Archiepiscopi & omnes Episcopi: hic ex ipsorû traditione, solus à Christo ipso accepit immediate potestatem & jurisdictionem; reliqui omnes à Papa dependent: ab illo pallium & confirmationem petere omnes oportet, ille potest deponere ceteros & degradatos restituere. Similiter illa, quæ olim Episcopi administrabant, vel singuli cum suis presbyteris, vel plures in Synodis, si res postularet, congregati, unus Papa ad se rapuit. Synodi dubia decidebant; Synodi controversias componebant; Synodi pertinaces hereticos & schismaticos excludebant: Sed nunc Papa est supra Concilium, supra Ecclesiam, ex Hildebrandina doctrina.

Hildebrandus, qui postea dicitur Gregor. VII in dicitur suis

Meli-

Melioribus autem, qui jugo Pontificio premuntur, non immeritò magistratum & populum in Ecclesia Romana accensemus. Hos fastu arrogantissimo à fratrum & cleri dignitate separant, qui sic dicuntur Clerici: & huic regali sacerdotio. 1. Pet. 2, 9. his regibus & sacerdotibus, Apoc. 1, 6. huic clero Christi, 1. Pet. 5, 3. dominantur. His potestatem suam eripiunt in electione ministrorum, qui olim, teste Chrysofomo, ἄντι λαῶν συνέσεως, id est, ut Cyprianus vertit, sine conscientia & assensu populi, cui propterea per trinundinum, id est, tres solennes conventus Ecclesiasticos, nomina vocandorum promulgabantur, nunquam fuerunt admissi.

Chrysof. de
sacerd. lib. 3
Socrat. lib. 7
c. 5.

In Reges insuper ac principes atrocior est hic dominatus. Illorum imperio Apostolus Rom. 13, 1. subijcit omnem animam, id est, omnem hominem, quis quis tandem fuerit, sive Apostolus, sive Prophetas, sive Evangelista, interprete Chrysofomo. At vide ut invertat Papa verba Apostoli, & clamet, de necessitate salutis credendum, Papæ omnem creaturam esse subiectam. Ideoq; se eximit à seculari obedientia, & custodes illos utriusq; tabule Decalogi, atq; extra Ecclesiam seu Templum Episcopos, ut Constantinus Magnus apud Eusebium loquitur,

K 2 exclu-

Chrysof.
homil. 23.
Extravag.
De majori
tate C. unā.
sanctam.

Euseb. lib. 4
de vita Con-
stant. Magni
c. 24.

excludit ab hac externa administratione Ecclesie ac potestate ^{vouo detinē}, circa personas & res Ecclesiasticas civiliter olim exercitā. Quin & in temporalis regimine ipse Regum corona unius Pontificis tiara sunt subiecta, qui instituendi & destituendi potestates mundi jus sibi uni & soli vindicat, velat q̄ illud dominium frivola distinctiuncula: In spiritualibus directè: In temporalibus indirectè. Hæ nimirum sunt decussatæ illæ claves, quas pro insigniis ostentat, hi duo gladii. Sed pergimus ad

Bellar. lib
3. de Pont.
Rom. c. 17.
& l. 5. c. 7.

Thes.
XLIX.

III. Requisitum, quod est proprii, non publici, commodi spectatio.

Hinc tot modi ditandi cameram Apostolicam, Missæ, indulgentiæ, satisfactiones, consecrationes templorum, altarium, campanarum, & similium aliarum rerum, dispensationes, confirmationes, reservationes, palliorum redemptiones, annatæ, id est, ex vacantibus Episcopatibus & Prelaturis redditus unius anni, & infamia meretricum vectigalia, aliæq̄ media & modi, quibus intenti sunt Piscatores illi, non hominum, sed nummorum, officiales, non Christi, sed fisci, ut Historicus loquitur. Querelarum & exemplorum de hac Simonia testantium abundè est apud Mantuanum, Platinam, Onuphrium, Panvinium, Ludovicum

Matth. Par.
in Heint. 3.

Mantuanus
calam. l. 3.
Onuphr.
Haur. 6. vi
ves in Aug.
de C. Del.
AS. c. 21.

Ludovicum Vivem, Matthæum Parisiensem, & in
Catalogo testium veritatis.

Matth. Paris
in 1. & 3.
Heimico.

Post requisita hæc alterum documen-
tum tyrannici in Ecclesia Romana statûs
præbet adjuncta juris & libertatis privatio
ac violentia.

Thef. L.

*Jure privat, cum Laicis dogmata examinandi
potestatem eripit: libertate, cum cœlibatum Clericis
quibuscunq; imperat: quando jejunia, citra peccatum
mortale non omittenda, indicit, & cogit abstinere à
carnibus, quas Apostolus jubet emere, nihil interrogan-
tes propter conscientiam, 1. Cor. 10, 24. aliisq; cibis, quos
Deus creavit, ad participandum cum gratiarum acti-
one fidelibus, 1. Tim. 4, 3. & tot festorum, corporis Chri-
sti, Nativitatis & Ascensionis Mariæ, aliorumq; tute-
larium, quos fingit, Deorum, imponit celebrationem,
sub necessitate absoluta, cujus tamen vinculo exemptos
nos Paulus voluit, Coloss. 2, 16. & hoc præcipit, pia devo-
tionetolerandum, licet vix ferendum imponat, ju-
gum. Quo referimus infinitam illam ceremoniarum
multiplicationem, & præsumtionum humanarum one-
ra tanta, ut tolerabilior Judæorum fuerit conditio,
quàm nunc sit Christianorum in Ecclesia Romana.*

Valent. Tom
3. dilp 9 de
jejuniis
quæst. pun. 8

Dist. 19. In
memoriam.

K 3.

Violentiam

Violentiam autem omnium conspectui exhibet pro xis illa Pontificis & satellitum.

I. In conscientiarum tortura per dubitationem, quam docet, de gratia Dei, omnium peccatorum exactam confessionem, purgatorij comminationem, & satisfactionum acerbiter.

II. In anathematismis & excommunicatione immeritorum, & huic succedanea absolute uxoris à debito, quod marito prestare tenetur, liberorum ab eo, quod parentibus debent, subditorum ab obligatione erga magistratum, magno cum fastu atq; despectu virulentissimo. Testor ex multis famosa illa Friderici Barbarossæ tempora, pedibus ab Alexandro III. calcati: testor fortunam Francisci Dandali Ducis Venetiarum, Creta Cypriq; Regis, quem catenis vinctum infra mensam, ut instar canis ossa liguriret, Papa abjecit.

Sabellicus
Ennead. 9.
lib. 7.

III. In persecutione eorum, qui à fide sua sunt alieni, in quos debacchatur, non solum anathematis fulmine, sed & supplicijs horrendis, tumultibus bellicis, parricidijs, & vix auditis lanienarum exemplis.

Deniq;

Deniq; modorum quoq; & mediolorum tyrannidis expressissimam imaginem repræsentat Ecclesiæ Romanæ status hodiernus, tum eorum, quæ manifestò vim spirant, tum hypocriticorum.

Inter illa Politicæ magistri quoq; numerant.

I. Prohibitionem *πυδείας*, informationis & scholarum: cui in Papatu planè geminum factum respondet, quo Laicis scripturas legendi potestatem eripiunt, & in Carbonarij fide, hoc est, ignorantia volunt relictos, ne abominationes Papatûs agnoscere ex verbo DEI possint.

II. Constitutionem delatorum & emissariorum, quorum indolem vicemq; hodiè sustinent tum heretica pravitatis Inquisitores, tum genus illud hominum à Jesu se vocantium, publico exitio repertum, per quos *καύσας*, mentito sæpè habitu, ultrò citroq; se immiscentes consiliorum commercijs, Curia Romana expiscatur & exquirat omnia, sive aularum, sive familiarum, secreta, imò omnia, quæ per orbem terrarû geruntur, ut meritò oculi & aures Papæ dici queant.

In Hypocriticis autem Tyrannidis modis mediisq; nulla contentior est æmulatio, quàm illa, quâ Papa ejusq; Curia Ecclesiam Romanam opprimit.

K 4

Quem-

Thesis
LI.

Arist. lib 5.
Polit. c. 11.

Arif.
August 14.
Polit. c. 13.
Clapmaris
de arcanis
Reramp.

Matth. Par.
in Heur. 3.

Bellar. 1 de
Mon. c. 74
& Coster.
Ench. c. 19.

Sleid 14.
Matth. Par.
in Heur. 3.

Quemadmodum enim Politicorum tyrannis sua
scemmata (Philosopho $\epsilon\phi\iota\sigma\mu\alpha\tau\alpha$, dicuntur, aliis ar-
cana) non ut alia Respublicæ ad populi tranquillita-
tem, sed in perniciem rerum communium convertit,
utpote Platonis iudicio $\iota\delta\epsilon\alpha\ \alpha\delta\ \iota\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$: ita in Papatu etiam
omnia extreme perditæ sunt, sed illa arcanis fraudibus
& pretextibus ad securiorem agendi libidinem obte-
guntur, atq; ita mysterium agitur iniquitatis, 2. Thes.
2, 7. Simulatur pietas & cura Ecclesie per institutio-
nem singularium devotionum, & fictitiarum religio-
num, Francisci, Dominici, Bernhardi, &c. & diver-
sarum fraternitatum adeo sanctarum, ut & aliis spe-
ciale tuorum bonorum operum polsint impertiri
participium.

Traditionum & servitutis duritas diritasque
mitigatur variis dispensationibus & facilibus mo-
dis obtinendi remissionem peccatorum, indulgen-
tias plenas committendi, scortationem sacerdo-
tum peccati levioris nomine censendi, quàm si ma-
trimonium contraherent post votum.

Porrò fucus est Simonia, cum annata poscuntur
specioso & populari hoc titulo, ut semper paratior sit
thesaurus in bellum contra Turcas, & ad succurren-
dum terre sanctæ, aliæq; id genus argumentosæ ex-
tortiones

portiones obtenduntur, quibus veluti muscipulis simplex Dei populus capitur. Nihil dico de simulatione paupertatis, in secta praesertim Jesuitica, quae dum simulat contemnere duos obulos, ostiario dandos à discipulo, quem gratis instituere vult; dum simulat contemnere, nescio quod munusculum nundinarium, teste Arnoldo, acquisivit sibi, triginta annorum spacio, bis centena millia librarum annua. Denique secta Jesuitica praecipuum *σοφισμα* attingimus, tyrannidi Pontificiae unice accommodatum, æquivocationem, inquam, quam licitam esse, ad decipiendum audientem, sine rubore docent. Nimirum si quis cogatur jurare, debet uti æquivocatione, puta, nescio, intelligendo intra se, ut dicam tibi: vel non feci, intelligendo, nunc non feci, vel quid simile.

Sed hæc *ἔ* id genus alia Ecclesie Romanae *μίσμα* pluribus persequi, hujus non est opera. Finimus itaque, *ἔ* quæ prolixius hætenus probavimus, in unum redigimus *ἔ* ratiocinationis gyrum:

Quæcunque Ecclesia totam fidem de Christo, quæ Christus est, corrumpit, & omnem cultum ei debitum adulterat, & ab omnibus aliis Ecclesiis se scindit, atque in tyrannidem vertit potestatem statumque suum, illa insignis & generalis apostasie est

L

rea.

Idem in
Heinr. 3.


Tol. 14. In-
stit. Sacerd.
C. 21. 22.

rea. Romana Ecclesia hoc facit, Ergò insignis & generalis apostasiæ est rea.

Tu Iesu Christe, Caput Ecclesie, asserere regnum tuum à tyrannide ista, & largire, ut fidei semper tibi obsequio in agnitione & cultu tuo subditi, & sanctæ Catholicæ Ecclesie coniuncti, in veritate tua conservemur. Verbum tuum est Veritas. Audi Domine Iesu, & exaudi.

E I N I S.







(14)

ASIA

PAPISTI- LESIAE

ATIO I.

*heologica consequendo
ris habenda.*

ffnero SS. Th.
re publico.

li An. 17. 6. Nov. propositum.

ENTE
io Hirschberga-Silesio,
& ad D. Nicolai

no. **T 162 (14)**

IAE, MAESCHURERI.

NTIUS COBER.

1618.